Manuskrypt Ciekawy.

Nro 6ot.


x J M I

2

AD MAJOREM DEI
GLORIAM B: VIRGINIS
MARIÆ IMMACULATÆ
CONCEPTÆ HONOREM
Sancti Michaëlis et Sancti Sta-
nislai Kostka Cultum et Venerationē
A D A G et

Alexandri Walewski
Sive
Vexiliferi Petricoviensis.

Sententiæ morales Selectæ ex variis Apophte-
gmatibus Aphorismis Apologis et Variis Dictoriis
Ex Proverbiis Salomonis.



x

Ex Cap: 1mo

Timor Domini Principium Sapientiæ: Sapientiam atq; Doctrinam Stulti despiciunt V. 7:
Si te lactaverint Peccatores ne aquiescas eis: si dixerint, veni nobiscum: Sortem mitte nobiscum, ne ambules cum eis; prohibe pedem tuum à Semitis eorum V 10, 11, 14, et 15to —
Usquequò, Parvuli, diligentis infantiam, et stulti ea quæ sibi sunt noxia Cupient et imprudentes odibut scientiam?
Aversio parvulorum interficiet eos, et prosperitas stultorum perdet illos V 32 — illos 4

Ex Cap: 2do Dominus dat Sapientiam, et ex ore ejus prudentia et Scientia V 6to
Custodiet Rectorum salutem, et proteget gradigentes simpliciter. V. 7: —

Ex Cap 3tio Habe fiduciam in Domino ex toto Corde tuo, et né innitaris Prudentiæ tuæ V 5to

In omnibus vijs tuis cogita illum, et ipse diliget gressus tuos. V 6to
Ne sis sapiens apud temet ipsum; time Deum et recede à malo V 7mo
Honora Dominum de tua substantia, et de primitiis omnium frugum tuarum da ei. V 9no
Noli prohibere benè facere eum, qui potest, si vales, et ipse benè fac V 27
Ne dicas amico tuo: vade et revertere: cras dabo tibi: cum statim possis dare V 28
Gloriam sapientes possidebunt, stultorum exaltatio, ignominia V 35to
Ex Cap: 4to Audite Filii disciplinam Patris, et adtendite: ut sciatis prudentiam V 1mo
Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via: fuge ab ea: nec transeas per illam: declina, et desere eam V 14 et 15.

Omni Custodiâ serva Cor tuum, quia
ex ipso vita procedit. V 23
Remove àte os pravum, et detrahentia
labia sint procul à te V 24

Ex cap: 5to Respicit Dominus vias hominis et
omnes gressus ejus considerat V 21

Ex cap 6to Vade ad Formicam, ô Piger et Conside-
ra vias ejus, et disce sapientiam, quæ cùm non
habeat Ducem, nec Præceptorem, nec Principem,
parat in æstate, cibum sibi, et congregat in messe
quod Comedat. V 6to 7mo et 8vo.
Usquequò, piger, dormies? quando Consurges, è
somno tuo? si impiger fueris, veniet ut fons
messis tua et egestas longè fugiet à te V9 et 11mo
Homo Apostata, Vir inutilis: pravo corde machi-
natur, malum; et omni tempore jurgia seminat.
Huic extemplô veniet perditio sua: et subitò Con-
teretur, nec habebit ultra medicinam V12, 14, et 15to
Sex sunt quæ odit Dominus et septimum dete-
statur

detestatur anima ejus: Oculos sublimes; linguá mendacem; manus effundentes innoxium sanguinem, Cor machinans cogitationes pessimas; pedes veloces ad currendum in mallum; proferentem mendacia, testem fallacem; et eum qui seminat inter fratres discordias:
V 16to, 17mo, 18vo et 19no.

Conserva Fili mi pracepta Patris tui et ne dimittas legem Matris tuæ: liga ea in corde tuo jugiter: cùm ambulaveris, gradiantur tecum; cùm dormieris custodiant te; et evigilans loquere cum eis V 20. 21 et 22

Qui adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam; turpidinem et ignominiam congregat sibi, et opprobrium illius non delabitur V 32, et 33.

Ex Cap: 8vo

Timor Domini odit malum: Arrogantiam et superbiam et viam pravam et os bilingve detestor.

Meum est consilium, et æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. V 14, ait Dominus.
Ex Cap: 9 Argue sapientem, et diliget te: da sapienti occasionem et addetur ei sapientia: doce justum, et festinabit accipere V 8vo et 9no
Principium Sapientiæ, Timor Domini: et Scientia Sanctorum Prudentia V 10
Si sapiens fueris tibi metipsi eris: si autem illusor, solus portabis malum. V 12.
Ex Cap: 10mo Nil proderunt thesauri impietatis: Justitia vero liberabit à morte. V 2.
Qui congregat in messe Filius sapiens est: qui autem stertit æstate, filius confusionis V 5to.
Benedictio Domini super caput Justi: os autem impiorum operit iniquitas. V 6to
Odiu suscitat Rixas et universa delicta operit charitas V. 12.
In multiloquio n' deerit peccatum, qui autem moderat labia prudentissimus est. V 19
Quod timet impius, veniet super eum; desiderium suum justis dabit V 24
Quasi tempestas transiens non erit impius: justus autē quasi fundamentū sempiternū. V 25

Timor Domini apponet Dies, et anni Impiorum breviabunt. V 27.
Fortitudo simplicis Via Domini: et pavor his qui operantur malum. V 29.
Ex Cap: 11mo. Statera dolosa abominatio est apud Deum et pondus æquum voluntas ejus V 1mo
Ubi fuerit superbia, ibi erit et contumelia: ubi autem est humilitas, ibi et sapientia, V 2.
Simplicitas justorum diriget eos, et subplantatio perversorum vastabit illos. V 3tio
Justitia Rectorum liberabit eos: et in insidijs suis capientur iniqui. V 6to.
Mortuo homine impio nulla erit ultra spes, et expectatio solicitorum peribit V 7
Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana, qui autem ~~qui autem~~ fidelis est celat animi Comissum V 13.
Ubi non est Gubernator, populus corruet, salus autem ubi multa consilia. V 14.
Benefacit animæ suæ vir misericors, qui autem crudelis est etiam propinquos abiicit V 17.
Alij dividunt propria, et ditiores fiunt alij rapiunt non sua et semper in egestate sunt V 24

x

Ex Cap: 12 Qui diligit disciplinam, diligit scientiā, qui autem odit increpationes insipiens est V. 1mo

Doctrinâ sua noscet vir: qui autem vanus et excors est, patebit contemptui. V 8vo

Viā stulti rectā in oculis ejus; qui autem sapiens est, audit consilia. V. 15.

Dolus in corde cogitantium mala, qui autem pacis ineunt consilia, sequit eos gaudium V 20.

Ex Cap: 13 Qui custodit os suum custodit animam suam, qui autem inconsideratus est ad loquendum sentiet mala. V 3

Astutus omnia agit cum consilio: Qui autem fatuus est aperit stultitiam. V 16.

Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit; amicus stultorum similis efficiet V 20

Ex Cap 14. Risus dolore miscebit et extrema gaudii luctus ~~miscebit~~ occupat V 13 13

Innocens credit omni verbo: astutus considerat gressus suos V 15.

Sapiens timet et declinat a malo: Stultus transilit et confidit V 16

Impatiens operabit stultitiam et vir

versut:

versatus odiosus est. V 17.

In omni opere bono erit abundantia: ubi autem verba sunt plurima ibi frequenter egestas. V 23.

Qui patiens est multâ gubernat prudentiâ, qui autem impatiens est exaltat stultitiam suam V 29

Justitia elevat gentem: miseros autem ~~facit~~ facit populos peccatum. V 34

Ex Cap: 15to Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem. V 1mo

In omni loco oculi Domini contemplantur bonos et malos V 3tio

Lætatur homo in sententia oris sui: et sermo opportunus est optimus V. 23.

Longè est Dominus ab impijs: et orationes justorum exaudiet. V 29

Timor Domini, disciplina sapientiæ, et gloriam præcedit humilitas V 33.

Ex Cap: 16. Omnes viæ hominis patent oculis ejus, Spirituum ponderator est Dominus V 2do

Abominatio Domini est omnis arrogans V 5to

Melius est parum cum justitia quam multi fructus cum iniquitate V 8vo

Contritionem

Contritionem præcedit superbia, et ante ruinam exaltatur spiritus V 18

Melius est humiliari cum mitibus, quam dividere spolia cum superbis. V 19.

Melior est patiens viro forti: et qui dominat animo suo, expugnatore Urbium. V 32.

Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperant V 33

Ex Cap 17. Melior est buccella sicca cum gaudio, quam Domus plena victimis cū jurgio. V Imo.

Plùs proficit correptio apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum. V 10mo

Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de Domo ejus. V 13

Quid prodest stulto habere divitias, si sapientiam emere non possit? V 16.

Qui evitat discere incidet in mala. V 16to

Omni tempore diligit, qui amicus est, et frater in angustijs comprobat. V 17.

Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est:

est: et pratiosi spiritus vir eruditus. V 27.
Stultus quoq; si tacuerit, sapiens reputabit: et compresserit labia sua intelligens. V 28.
Ex Cap: 18 Impius cum inprofundum venerit peccatorum, contemnit, sed sequit eum ignominia. et opprobrum: V 3
Qui mollis et dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis V 9
Turris fortissima nomen Domini: ad ipsum currit justus, et exaltabit. V. 10.
Qui prius respondet quam audiat, stultum se esse demonstrat, et confusione dignus V 13
Mors et vita in manu linguæ. Qui diligunt eam, comedent fructus ejus. V 21.
Ex Cap. 19 Divitiæ addunt amicos plurimos, à paupere autem et hi, quos habuit separantur. V 4to
Pigredo immittit soporem et anima dissoluta esuriet. V 15
T. Tenerat

Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, et vicissitudinem suam reddit ei. V 17.
Audi consilium et suscipe disciplinam, ut sis sapiens in novissimis tuis. V 20.
Qui affligit Patrem, et fugat matrem, ignominiosus est et infelix. V 26.
Ex Cap: 20 Luxuria res est vinum, et tumultuosa ebrietas, quicunque his delectatur non est sapiens. V 1mo
Honor est homini, qui separat sese à Contentionibus; omnes autem stulti miscentur Contumeliis V 3tio
Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo Æstate et n' dabitur illi. V 4.
Multi homines misericordes vocantur: Virum autem fidelem quis inveniet? V 6to
Quis potest dicere: mundum est cor meum, purus sum a peccato? V. 9.
Ex studijs suis intelligitur puer, si munda et recta

\#

et recta sint opera ejus. V 11mo

Malum est, dicit omnis emptor: et cum recesserit, tunc gloriabitur. V 14

Qui maledicit Patri suo et Matri, extinguetur lucerna ejus, in mediis tenebris V. 20.

Hereditas, ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit V 21mo

Ex Cap: 21mo. Omnis via viri recta sibi videtur, appendit autem corda Dominus V 2do

Facere misericordiam et Judicium magis placet Domino quam victimæ. V 3tio

Cogitationes robusti semper in abundantia: omnis autem piger semper in egestate est V 5to

Qui congregat thesauros lingua mendacii vanus et excors est et impingetur ad laqueos mortis V 6to.

Qui sequitur justitiam et misericordiam, inveniet vitam, justitiam et gloriam V 21mo

Non est sapientia, non est prudentia, non

est

est Consilium Contra Dominum V. 30.

Ex Cap: 22: Melius est nomen bonum quam divitiæ multæ V. 1mo

Callidus vidit malum, et abscondit se: innocens pertransiit. et afflictus est damno V. 3tio

Proverbium est: adolescens juxta viam suam etiam cum senuerit, n recedet ab eo V. 6to.

Stultitia colligata est in corde pueri et virga disciplinæ fugabit eam V. 15.

Qui calumniatr pauperem, ut augeat divitias suas dabit ipse ditiori et egebit. V. 16.

Noli esse amicus homini iracundo, neq ambules cum homine furioso discas semitas ejus, et sumas scandalu animæ tuæ V. 24 et 25.

Ex capite 23 Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eum virgâ non morietr. tu virgâ percuties eum et animam ejus de inferno liberabis V. 13 et 14.

Non æmuletur cor tuum peccatores sed in timore Domini et tota Die esto Die V. 17

Cui væ? cujus Patri væ? cui rixæ? Cui foveæ cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum; nonne his qui commorantr in vino, et student calicibus epotandis V. 29.

Ex Capp: 24 Si dixeris vires n̄ subpetunt. qui Inspector est cordis ipse intelligit: et servatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetq; homini juxta opera sua. ℣ 12
Cum ceciderit Inimicus tuus ne gaudeas, et in ruina ejus ne exultet cor tuum. ne forte videat Dominus, et displiceat ei, et auferat ab eo iram suam ℣ 17 et 18
Ex Capp. 25to Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in jurgio citò, ne postea emendare non possis cum dehonestaveris amicum tuum Versu 8vo.
Ventus Aquilo dissipat pluvias, et facies linguam tristis detrahentem ℣ 23.
Ex Capp: 26 Ne respondeas stulto juxta stultitiam suam ne efficiaris ei similis ℣ 4
Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illô spem habebit insipiens ℣ 12
Sicut noxius est qui mittit sagittas et lanceas in mortem: ita vir, qui fraudulenter nocet amico suo, et cum fuerit deprehensus dicit: Ludens feci ℣ 18 et 19
Cum defecerint ligna extinguet ignis; et susurrone subtractô jurgia conquiescent. ℣ 20

Qui fodit foveam, incidet in eam: et qui volvit lapidem, revertetur ad eum. V 17

Ex Capp: 27 Ne glorieris in crastinum, ignorans quid superventura pariat dies V 1mo

Laudet te alienus et non os tuum extraneus et non labia tua V 2do.

Melior est manifesta correptio, quam amor absconditus: meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis V 5 et 6to.

Ex Cappite 28 Qui declinat aures suas, ne audiat legem oratio ejus, erit execrabilis. V 9

Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem Confessus fuerit et reliquerit ea, misericordiam Consequetur. V 13.

Beatus homo qui semper est pavidus: qui vero mentis est duræ corruet in malum V 14

Vir fidelis multum laudabitur, qui autem festinat ditari, non erit innocens V 20.

Qui cognoscit in juditio faciem, non benefacit: iste et pro buccella panis deserit veritatem V 21

Qui corripit hominem, gratiam postea inveniet apud eum, magis quam ille qui per linguæ blandimenta decipit. V 23.

Qui confidit in Corde suo, stultus est, qui autem graditur sapienter ipse salvabitur V 26to

Qui dat pauperi n̄ indigebit; qui despicit deprecantem sustinebit penuriam V 27.

Ex Cap: 29 Qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ei superveniet interitus: et eum sanitas non sequet. V 1mo

Homo qui blandis fictisq sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus ejus V 5to

Vir sapiens si cum stulto contenderit, sivè irascat, sive rideat, n̄ inveniet requiē V 9no

Princeps qui libenter audit verba mendatij, omnes Ministros habet impios. V 12

Rex qui judicat in veritate pauperes, Thronus ejus in æternū firmabit. V 14

Virga atq correptio tribuit sapientiā, puer qui autem dimittit voluntati suæ confundit matrem suam V 15

Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultia magis speranda est q̄m illiq correptio V 20

Vir iracundus provocat rixas: et qui ad indignandū facilis, erit ad peccatū proclivior. V 22

Qui timet hominem, cito corruet: qui sperat in Domino, superexaltabit. V 25

Verbum custodiens filius, extra perditionem erit. Versu — 27.

Marci Catonis Viri Singularis Ad Vitam artibus Liberalibus Instruendam utriusq; Virtutis felicissima Instituta!

Cum ego Cato animum adverterem quam plurimos homines, graviter errare, in via morum succurrendum, et consulendum, opinioni eorum fore existimavi, maximè ut gloriose viverent et honorem contingerent. Nunc docebo te quo pactô mores animi tui compones. Igitur praecepta mea, ita legito, ut intelliges; legere enim et non intelligere, negligere est. Itaq;

Deo supplica. Parentes ama. Cognatos cole. Datum serva. Foro pare. Magistrum metue. Cum bonis ambula. Ad consilium ne accesseris antequam voceris. Beneficii accepti esto memor. Pauca in convivio loquere. Iracundiam tempera. Miserum noli irridere. Parentes patienter vince. Minorem ne contempseris. Quod satis est dormi. Verecundiam serva.

Rem tuam custodi. Diligentiam adhibe. Saluta libenter. Cade locum majori. Ad prætorium stato. Utere virtute, Tute consule. Trochô lude. Aleas fuge. Bonis benefacito. Maledicus ne esto. Existimationem retine. Nihil arbitriô virium feceris. Patere legem, quam ipse tuleris Nihil mentire. Æquum judica. Blandus esto. Noli irasci abs re. Neminem irriseris. juditio adeste. Familiam cura. Mutuum donum serva vinô te tempera. Pugna pro Patria Nihil temerè credideris. Libros lege, quæ legeris Memento Liberos erudi. Neminem judica. Alienum noli concupiscere. Illud stude agere, quod bonum est. libenter ferto amorem Dej et proximi:

Marci Catonis
Dysticha Moralia

Si Deus est animus, nobis ut carmina dicunt,
Hic tibi precipue sit purâ mente colendus,
Plus vigila semper nec somno deditus esto,

nam

Nam diuturna quies vitijs alimenta ministrat.
Virtutem primam esse puta compescere linguam
Proximus ille Deo est, qui scit ratione tacere
Sperne repugnando tibi tu contrarius esse.
Conveniet nulli, qui secum dissidet ille.
Si vitam inspicias hominum, si deniq mores.
Cùm culpas alios: nemo sine crimine vivit.
Quæ nocitura tenes quavis sint chara relinque,
Utilitas opibus præponi tempore debet.
Constans, atq lenis ceu res postulat esto,
Temporibus mores sapiens, sine crimine mutat.
Nil temere Uxori de servis crede querenti,
Sæpe etenim mulier quem conjux diligit, odit.
Cum moneas aliquem, nec se veniat ipse moneri.
Si tibi sit charus, noli desistere cæptis.
Contra verbosos noli contendere verbis,
Sermo datur cunctis, animi sapientia paucis.
Dilige sic alios, ut sis tibi carus amicus,
Sic bonus esto bonis, ne te mala damna sequantur.
Rumores fuge, ne incipias novus Author haberi:

nam nulli

Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.
Rem tibi promissam certam promittere noli,
Rara fides ideo est quia multi multa loquunt.
Cum te aliquis laudat, Judex tuus esse memento
Plus aliis de te quam tu tibi credere noli.
Officium alterius multis narrare memento
At qui aliis cum tu benefeceris ipse sileto
Multorum facta senex et dicta recensens
Fac tibi succurrant, juvenisque feceris ipse
Ne curres si quis tacito sermone loquatur.
Conscius ipse sibi de se putat omnia dici
Cum fueris felix, quæ sunt adversa caveto.
113 Non eodem cursu respondent ultima primis
Cum dubia et fragilis sit nobis vita tributa
In Morte alterius spem tu tibi ponere noli
Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus.
Accipito placide plene et laudare memento.
Infantem nudum cum te natura crearit.
Paupertatis onus patienter ferre memento
Ne timeas illam, quæ vitæ est ultima finis
Qui mortem

Qui mortem meruit quod vivit perdit id ipsum
At tibi pro meritis nemo respondet amicus
Incusare Deum noli sed te ipse coërce
Ne tibi quid desit, quæ tibi utere parce
Utq; quod est, serves, semper tibi deesse putato
Quod præstare potest ne bis promiseris ulli.
Ne sis ventosus dum vis urbanus haberi
Qui simulat verbis nec corde est fidus amicus
Tu quoq; fac simile, sic ars deluditur arte
Noli homines blando nimium sermone probantes
Fistula dulce canit volucrem dum decipit, auceps
Si tibi sunt nati nec opes, tunc artibus illos
Instrue quo possint inopem defendere vitam
Quod vile est, carum, quod carum est, vile putato
Sic tibi nec parcus nec avarus habeberis ulli
Quæ culpare soles, ea tu ne feceris ipse
Turpe est Doctori, cùm culpa redarguit ipsum
Quod justum est petito v quod videat, honestum
Nam stultum est petere quod possit jure negari
Ignotum tu tibi præponere noli notis.

Cognita

Cognita judicio constat cognita casu
Cum dubia incertis versetur vita periclis
Pro lucro tibi pone diem quicunque laboras
Vincere cum possis interdum cede sodali
Obsequio quoniam dulces retinentur amici
Ne dubitas cum magna petas impendere parva
His etenim rebus conjungit gratia caros
Litem inferre cave cum quo tibi gratia juncta est
Ira odium generat concordia nutrit amorem
Servorum ob culpam cum te dolor urget in iram
Ipse tibi moderare tuis ut parcere possis
Quem superare potes interdu vince ferendo
Maxima enim morum semper patientia ~~morum~~ virtus
Conserva potius quæ sunt jam parta labore
Cum labor in damno est crescit mortalis egestas
Dapsilis interdum notis, caris et amicis
Cum fueris felix semper tibi proximus esto

LIBER SECUNDUS

Telluris si forte velis cognoscere cultus,
Virgilium legito: quod si mage nosse laboras
Herbarum

Herbarum vires macer tibi carmine dicet.
Si romana cupis, et punica noscere bella
Lucanum quæras, qui Martis prælia dicet
Si quid amare libet vel discere amare legendo
Nasonem petito, sin autem cura tibi hæc est
Ut sapiens vivas, audi quæ discere possis
Perque semotum vitiis traducitur quum
Ergo ades, et quæ sit sapientia disce legendo
Si potes, ignotis etiam prodesse memento
Utilius Regno est, meritis aquirere amicos
Mitte arcana Dei cælumque inquirere quid sit
Cum sis mortalis, quæ sunt mortalia cura.
Linque metum Lethi, nam stultum est tempore in omni
Dum mortem metuis: amittere gaudia vitæ
Iratus de re, incerta contendere noli
Impedit ira animum ne possit cernere verum:
Fac sumptum propere, cum res desiderat ipsa
Dandum etenim est aliquid cum tempus postulat aut res
Quod nimium est fugito, parvo gaudere memento
Tuta magis est puppis modico quæ flumine fertur.
Quod pudeat, socios prudens celare memento
Ne plures culpent id quod tibi displicet uni.

noto

Nolo putes pravos homines peccata lucrari
Temporibus peccata latent et tempore patent
Corporis exigui vires contemnere noli
Consilio pollet, cui vim natura negavit
Quem scieris n esse parem tibi tempore cede
Victorem a victo superari saepe videmus.
Adversus notum noli contendere verbis.
13 Lis minimis verbis interdum ~~nomina~~ maxima crescit
Quod Deus intendat noli perquirere sorte
Quid statuat de te sine te deliberat ipse
Invidiam nimis cultu vitare memento
Quae si n laedit tamen hoc suffere molestum est
Esto animo forti, cum sis damnatus inique
Nemo diu gaudet qui Judice vincit iniquo
Litis praeteritae noli maledicta referre
Post inimicitias iram meminisse malorum est
Nec te collaudes, nec te culpaveris ipse:
Hoc faciunt stulti quos gloria vexat inanis
Utere quaesitis modice cum sumptus abundat
Labitur exiguo, quod partum est tempore longo
Insipiens esto cum tempus postulat aut res
Stultitiam simulare loco prudentia summa est.

Luxuriam fugito simul et vitare memento
Crimen avaritiæ: nam sunt contraria famæ.
Noli tu quædam referenti credere semper.
Exigua est tribuenda fides qui multa loquuntur.
Quod potu pecas, ignoscere tu tibi noli:
Nam nullum crimen vini est sed culpa bibentis.
Consilium Arcanum tacito comittere sodali
Corporis auxilium medico comittere fideli
Successus noli indignos tu ferre moleste.
Indulget Fortuna malis ut ledere possit.
Prospice, qui veniunt, hos casus esse ferendos:
Nam levius lædit quidquid praevideris antè,
Rebus in adversis animum submittere noli.
Spem retine: spes una hominem nec morte relinquit.
Rem tibi quam noscis aptam dimittere noli.
Fronte capillata est post hæc occasio calva
Quod sequitur specta quodque imminet ante videto.
Illum imitare Deum, qui partem spectat utramque
Fortior ut valeas, interdum parcior esto,
Pauca voluptati debentur plura saluti.
Judicium Populi nunquam contempseris unus.

ne nulli placeas, dum vis contemnere multos.
Sit tibi præcipue, quod primum est, cura salutis.
Tempora ne culpes, cum sis tibi causa doloris
Omnia ne curres, nam mens humana, quod optat,
Cum vigilat sperans per somnum cernit id ipsum.

LIBER TERTIUS.

Hoc quicunque velis carmen cognoscer Lector,
Hæc præcepta feres, quæ sunt gratissima vitæ.
Instrue præceptis animum nec discere cesses
Nam sine Doctrina vita est quasi mortis Imago.
Commoda multa feres: sin autem spreveris illud,
Non me scriptorem sed te neglexeris ipsum
Cum recte vivas, ne cures verba malorum.
Arbitrii nostri non est quid quisque loquatur
Productus testis saluto tamen ante pudore
Quantumcunque potes celato crimen amici.
Sermones blandos blesosque cavere memento.
Simplicitas veri sana est, fraus ficta loquendi
Segnitiem fugito, quæ vitæ ignavia fertur,
Nam cum animus languet, consumit inertia
Corpus
Interpone

Interpone tuis interdum gaudia curis,
Ut possis animô quemvis sufferre laborem.
Alterius dictum aut factum ne carpseris unqm,
Exemplo simili ne derideat alter.
Quæ tibi sors dederit tabulis suprema notato
Augendo serva ne sis quem fama loquatur.
Cum tibi divitiæ superant in fine senectæ
Munificus facito vivas non parcit amicis.
Utile consilium Dominus ne despice servi.
Nullus sensum si prodest, tempseris unquam
Rebus, et in censu, si non est, quod fuit ante,
Fac vivas contentus eo quod tempora præbent.
Uxorem fuge ne ducas sub nomine dotis:
Nec retinere velis, si cœperit esse molesta.
Multorum disce exemplo, quæ facta sequaris,
Quæ fugias. Vita est nobilis aliena magistra
Quod potes, id tentes: operis ne pondere pressus.
Succumbat Labor et frustra tentata relinquas.
Quod nosti haud recte, factum nolito tacere.
Ne videare malos imitari velle tacendo.
Judicis auxilium sub iniqua lege rogato,

ipse

Ipsæ etiam leges cupiunt ut jure regantur,
Quod meritò pateris, patienter ferre memento.
Cumq; tibi sis ipsum te judice damna
Multa legas facito, perlectis perlege multa.
Nam miranda canunt sed non credenda poëtæ
Inter convivas fac sis sermone modestus,
Ne dicare loquax, cum vis urbanus haberi.
Conjugis iratæ noli tu verba timere.
Nam lachrymis struit insidias, dum fæmina plorat.
Utere quæsitis, sed ne videaris abuti,
Qui sua consumunt, cum deest, aliena sequunt.
Fac tibi proponas mortem non esse timendam:
Quæ bona si non est, finis tamen illa malorum est
Uxoris linguam, si frugi est, ferre memento:
Namq; malum est, nihil velle pati nec posse tacere,
Dilige non ægrè caros pietate Parentes,
Nec matrem offendas, dum vis bonus esse Parenti.

LIBER QVARTUS.

Securam quicunque cupis traducere vitam,
Nec vitiis hærere animum quæ moribus obsunt,
Hæc præcepta tibi semper relegenda memento

Invenies

Invenies aliquid in quo te uitare magistro
Despice diuitias, si vis animo esse beatus,
Quas qui suspiciunt mendicant semper auari.
Commoda naturæ nullo tibi tempore deerunt,
Si contentus eo fueris, quod postulat usus.
Cum sis incautus, nec rem ratione gubernes,
Noli fortunam quæ non est dicere cæcam
Dilige denarium sed parcè dilige formam.
Quam nemo sapiens nec honestus captat habere
Cum fueris locuples, corpus curare memento.
Æger diues habet nummos sed non habet ipsos,
Verba cum tuleris, discens aliquando, magistri,
Fer patris imperium cum verbis exit in iram.
Res age quæ prosunt: rursus uitare memento,
In quibus error inest nec spes est certa laboris
Quod donare potes gratis concede roganti:
Nam rectè fecisse bonis, in parte lucrorum est.
Quod tibi suspectum est confestim discute quid sit:
Namq; solent primò quæ sunt neglecta nocere
Cum tibi proponas animalia cuncta timere
Unum hominem tibi præcipio plus esse timendum

Cum

Cum te detineant Veneris damnosa voluptas
Indulgere gulæ noli, quæ ventris amica est.
Cum tibi prævalidæ fuerint in corpore vires
Fac sapias: sic tu poteris vir fir fortis haberi.
Auxilium à notis petito, si forte laboras,
Nec quisquam melior medicus, quam fidus amicus.
Cum sis ipse nocens, moritur cur victima prote?
Stultitia est morte alterius sperare salutem
Cum tibi vel socium v fidum quæris amicum,
Non tibi fortuna est hominis sed vita petenda.
Utere quæsitis opibus: fuge nomen auri,
Quid tibi divitiæ prosunt, si pauper abundas?
Si famam servare cupis dum vivis, honestam:
Fac fugias animo, quæ sunt mala gaudia vitæ.
Cum sapias animo, noli irridere senectam:
Nam quicunq; senex, sensus puerilis in illo est.
Disce aliquid: nam cum subito fortuna recedit,
Ars remanet, vitamq; hominis non deserit unquam.
Perspicio tecum tacitus quid quisq; loquat.
Sermo hominum mores et celat et indicat idem.
Exercere studium, quamvis perceperis artem
ut cura

Ut cura ingenium, sic manus adjuvat usum
Multum ne cures venturi tempora fati.
Non timet is mortem, qui scit contemnere vitam.
Disce, sed à doctis: indoctos ipse doceto
Propaganda etenim rerum doctrina bonarum
Hoc bibe quod possis si tu vis vivere sanus.
Morbi causa mali est homini quandoq̀ voluptas
Laudaris quodcunq̀ palam, quodcunq̀ probaris
Hoc vide ne rursus levitatis crimine damnes
Tranquillis rebus quæ sunt adversa caveto.
Rursus in adversis melius sperare memento
Discere necesse est, cura sapientia crescit,
Rara datur longo prudentia temporis usu
Parcè laudato, nam quem tu sæpe probaris,
Una dies, qualis fuerit, monstrabit, amicus.
Ne pudeat, quæ nescit, te velle doceri,
Scire aliquid, laus est, pudor est nihil discere velle.
Cum Venere et Baccho lis est et juncta voluptas,
Quod latum est, animo complectere, sed fulge liter.
Demissos animo, ac tacitos: vitare memento
Qua flumen placidum est, forsan latet altius unda:
Cum tibi displiceat rerum fortuna tuarum,
Alterius specta, quo sit discrimine pejor.
Quod potes id tenta: nam litus carpere remis.
Tutius est multò, quam velum tendere in altum.
Contra hominem justum prave contendere noli

semper

Semper enim Deus injustas ulciscitur iras.
Ereptis opibus noli mœrere dolendo:
Sed gaude potiùs si non contingat habere
Est jactura gravis quæ sunt, amittere damnis,
Sunt quædam, quæ ferre decet patienter amicum.
Tempora longa tibi noli promittere vitæ.
Quocunq; ingrederis sequit mors corporis umbra.
Thure Deum placa, vitulum sine crescat aratro,
Ne credas placare Deum dum cæde litet
Cæde locum læsus fortunæ, cæde potenti
Lædere qui potuit, prodesse aliquando valebit
Cum quid peccaris castiga te ipse subinde.
Vulnera dum sanas, dolor est medicina doloris
Damnaris nunquam post longum tempus amicum
Mutavit mores, sed pignora prima memento
Gratior officijs, quò sis magne carior esto,
Ne nomen subeas, quod dicitur officij perda.
Suspectus, caveas, ne sis miser omnibus horis,
Nam timidis et suspectis aptissima mors est
Cum fueris servos proprios mercatus in usus,
Et famulos dicas homines tamen esse memento
Quam primum rapienda tibi est occasio prima,
Ne rursus quæras quæ jam neglexeris ante.
Morte repentina noli gaudere malorum.
Felices obeunt, quorum sine crimine vita est
Cum tibi sit conjux et res, et fama laboret,

vitandus

Vitandum ducas inimicum nomine amici
Cum tibi contingat studio cognoscere multa,
Fac discas multa, et vites non velle doceri.
Miraris verbis nudis me scribere versus?
Hos brevitas ~~versus~~ sensus fecit conjungere binos.

FINIS CORONAT OPUS.

SELECTÆ SENTentiæ
EX
ECCLESIASTE

Cap 1mo VANITAS vanitatum, Ecclesiastes; vanitas
vanitatum et omnia Vanitas V 2do
Vidi cuncta, quæ fiunt sub sole, et ecce universa
vanitas; et afflictio Spiritus V 14
Perversi difficile corriguntur, et stultorum in-
finitus est numerus — V 15
Cap 2do Dixi ego in corde meo: vadam et effluam deli-
tiis et fruar bonis et vidi quod hoc quoque esset va-
nitas. Versu 1mo.
Risum reputavi errorem, et gaudio dixi: quid
frustra deciperis? V 2do
Vidi in omnibus vanitatem, et afflictionem
animi, et nihil permanere sub Sole V 2do
Vidi quod tantum præcederet sapientia stulti-
tiam, quantum differt lux a tenebris V 13

Capit.

Cap 4to Custodi pedem tuum ingrediens Domum Dei,
et apropinqua ut audias multo enim melior est
obedientia, quam stultorum victima. qui nesciunt
quid faciunt mali Versu 17
Si quid vovisti Deo ne moreris reddere: displi-
cet enim ei infidelis et stulta promissio: sed
quodcunq voveris redde.
Multo melius est non movere, quam post votu
promissa non reddere V 4to.
Sicut egressus est nudus de utero matris suae sic
revertetur, et nihil auferre secum de labore suo V 14
Cap 7mo Melius est ire ad Domum luctûs quam ad
Domum convivij: in illa enim finis cunctoru
admonetur hominum, et vivens cogitat quid fa-
cturus sit V 3tio
Melius est à Sapiente corripi, quam stultoru
adulatione decipi V 6to.
Ne sis velox ad irascendum quia ira in sinu
stulti requiescat Versu 10.
Ne impiè agas multum et noli esse stultus
~~esse stultus~~ ne moriaris in tempore non tuo V 18
Cap 8vo Interdum dominatur homo homini in malum
suum V 9no
Sunt justi quibus mala proveniunt quasi opera
egerim Impiorum et sunt impij qui ita securi
sunt quasi justorum facta habeo V 14
Ex Cap 9no Sunt justi atq sapientes et opera eoru in ma-
nu Dei et tamen nescit homo utrum amore
an odiô dignus sit V 1mo

Ex Cap

Ex Cap. 11. Scito quam pro omnibus his adducet te Deus in judicium V 9no
Aufer iram à corde tuo et amove malitiam à carne tua adolescentia enim et voluptas vana sunt Versu 10mo
Ex Cap. 12do Memento Creatoris tui in diebus juventutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis V 1mo
Deum time et mandata ejus observa, hoc est enim omnis homo V 13o
Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in judicium pro omni errato sive bonum sive malum illud sit.

SENTENTIÆ SELECTÆ EX ECLESIASTE

Ex Capite 1mo

Vanitas vanitatum dixit Eclesiastes
Vanitas vanitatum et omnia vanitas V 2do
Vidi cuncta quæ fiunt sub sole et ecce universa vanitas et afflictio spiritus V 14to.
Perversi difficile corriguntur et stultorum infinitus est numerus V 15
Ex Cap 2do Dixi ergo in corde meo vadam et affluam deliciis et fruar bonis et vidi quod hoc quoque esset vanitas V 1mo
Risum reputavi errorem et gaudio dixi quid frustra deciperis V 2do.
Vidi in omnibus vanitatem et afflictionem animi et nihil permanere sub sole V 2do 11
Vidi quod tantum præcederet sapientia stultitiam quantum differt lux a tenebris.
Ex Cap: 4to Custodi pedem tuum ingrediens Domum Dei et appropinquam

appropinqua ut audias multo enim melior est obedientia,
quam stultorum victima qui nesciunt quid faciunt mali V 17
Si quid vovisti Deo ne moreris reddere displicet enim ei
infidelis et stulta promissio, sed quodcunq voveris redde
Multo melius est n vovere, qm post votum pro-
missa n reddere V 4to.
Sicut egressus nudus est de utero matris suæ, sic re-
vertet et nihil auferet de labore suo V 14to
Melius est ire ad Domum luctûs quam ad domu
Convivii in illa. enim finis cunctoru admonet ho-
minu et vivens cogitat quid futurus sit V 3tio
Melius est a sapiente corripi qm a stultorum
adulatione decipi V 6to
Ne sis velox ad irascendum, quia ira in sinu stulti
requiescit Versu 10mo
Ne impie agas multum et noli esse stultus ne
moriaris in tempore n suo V 8vo.
Ex Cap: 8vo Interdum dominat homo homini in
malum suum V 9no
Sunt justi quibus modo proveniunt, quasi opera
egerint impiorum; et sunt impij, qui ita securi sunt
Ex cap: 9no Sunt justi atq sapientes et opera eorum
in manu Dei: et tamen nescit homo utrum amore
an judicio dignus est V 1mo
Ex capp X 1mo Scito quod pro omnibus his adducet de
te Deus in Judicium V 9no.
Aufer iram à corde tuo et amove malitiam à carne
tua: adolescentia enim et voluptas vana sunt V.
Ex cap 12 Memento Creatoris tui in diebus Juventutis
tuæ antequm veniat tempus afflictionis V 1mo
Deu time,

Deum time, et mandata ejus observa; hoc est enim omnis homo V 13tio

Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in Judicium pro omni errato sive bonum sive malum illud sit V 14to.

SENTENTIÆ SELECTÆ EX LIBRO SAPIENTIÆ

Ex Cap: 1mo Diligite justitiam, qui Judicatis terram; sentite de Domino in bonitate et simplicitate cordis quærite illum V 1mo

Perversæ cogitationes seperant a Deo, probata autem virtus corripit Insipientes. — V 3tio

In malevolam animam n' intrabit Spiritus Sapientiæ habitabit in Corpore subdito peccatis V — 4to

Spiritus enim Sanctus disciplinæ effugiet fictum et aufert se a cogitationibus, quæ sunt sine Intellectu et corripietur a superveniente iniquitate V 5to.

Qui loquitur iniqua n' potest latere nec prӕteriet illum corripiens judicium — — — V 8vo

In cogitationibus enim impiis interrogatio erit: sermonum autem illius auditio ad Deum veniet ad correptionem iniquitatum illius — V 9no.

A detractione parcite linguæ, quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit: os autem quod mentitur occidit animam. V 11mo

Ex Cap: 2do Umbræ, transitus est tempus nostrum et non est reversum finis nostri: quoniam consignata est, et nemo revertitur V 5to

Deus creavit hominem inexterminabilem, et ad imaginem similitudinis suæ fecit illum — — — V 23tio

Ex Cap: 3tio Justorum animæ In manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis — — — V — 1mo

#

Qui coram hominibus tormenta passi sunt spes illorum immortalitate plena est. — — — — — V 4to

In paucis vexati, in multis benè disponentur quoniam Deus tentavit eos et invenit eos dignos se V 5to

Qui confident in illo intelligent veritatem et fideles in dilectione, acquiescent illi; quoniam Donum et Pax est electis ejus. — — — — V 9no —

Sapientiam et disciplinã qui abjicit Infelix est V 11mo

Nationis iniquæ diræ sunt Consumationes V 19no

Ex cap 4to Multigena impiorum multitudo n' erit utilis et spuria vitulamina n' dabunt radices altas nec stabile firmamentum collocabunt. — — — — V — 3tio

Justus si morte præoccupatus fuerit in refrigerio erit V 7mo

Senectus venerabilis est; n' diuturna neq annorum numero computata V

Cani autem sunt sensus hominis, et ætas senectutis vita immaculata V

Placens Deo factus est dilectus et vivens inter Peccatores translatus est — — — — — — — — — — V 10mo

Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus aut ne fictio deciperet animam illius — V — — 11mo

Gratia Dei et misericordia est in sanctis ejus et respectus in electos illius — — — — V 15

Ex cap 5to Dicentes intra se pœnitentiam agentes et præ angustia spiritûs gementes. Hi autem sunt quos habuimus in derisum, et in similitudinem improperii V 3tio

Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam et finem illorum sine honore — — V 4to

Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei et inter Sanctos sors illorum est — — — — — — V 5to

Quid nobis profuit superbia? aut divitiarum jactantia quid contulit nobis — — — — — — — V 8vo
Transierunt omnia illa tanquam ubra et tanquam — nuncius percurrens — — — — — — et tanquam navis quæ pertransit fluctu-anté aquam aut tanquam avis quæ transvolat in àëre cujus nullum invenitur argumentum itineris; aut tanqm sagitta emissa in locum destinatum; Sic et nos nati continuo desivimus esse, et virtutis quidem nullum signum voluimus ostendere; in malignitate autem nostra consumpti sumus V 9no, 10, 11, 12 et 13tio.
Talia dixerunt in inferno hi qui peccaverunt V 14to
Justi autem in perpetuum vivent et apud Dominum est merces eorum et cogitatio illorum apud altissimum V 10
Ideò accipient Regnum decoris et diadema speciei de manu Domini: quoniam dexterâ sua teget illos et brachio sancto suo defendet illos — — — — V 17mo
Ex cap 6to Melior est sapientia qm vires et vir prudens qm fortis
Audite ergo Reges, et intelligite dicite Judices terræ V 2do
Præbete aures, vos qui continetis multitudines et placetis vobis nationum — — — — — — — — V 3tio
Quoniam data est a Domino potestas vobis, et Virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra et cogitaones scrutabit V 4to
Quoniam cum essetis ministri Regni illius non recte judicastis neque custodistis legem justitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis — — — — — V 5to
Horrendè et cito apparebit vobis, quoniam judicium durissimum his qui præsunt fiet V — — — — 6to

Potentes

Potentes potenter tormenta patientur. – – – – – – V 7mo
Non subtrahit personam cujusquam Deus nec verebitur magnitudinem cujusquam, quoniam pusillum et magnum ipse fecit et
æqualiter cura est illi de omnibus – – – – – V 8vo
Fortioribus autem fortior instat cruciatio V 9no
Concupiscite sermones meos diligite illos et habebitis disciplinam V 12
Cogitare de Sapientia sensus est consummatus, et qui vigilaverit propter illam citò securus erit. – – – V 16
Initium illius verissima est disciplinæ concupiscentia. Cura
ergo disciplinæ dilectio est et dilectio custodia legum illius V 18vo
Incorruptio facit hominem esse proximum Deo. – V 20
Concupiscentia Sapientiæ deducit ad Regnum perpetuum V 21
Invidia n' erit particeps Sapientiæ – V 25to –
Ex Cap. 7mo Unus introitus est omnibus ad vitam et similis exitus V 6
Omne aurum in comparatione Sapientiæ arena est exigua et
tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius V 9no
Infinitus Thesaurus est hominibus, quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei propter disciplinæ dona comendati V 14
In manu Dei et nos et sermones nostri et omnis Sapientia
et operum scientia et disciplina – – – – V 16
Neminem diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat. est enim
hæc speciosior sole et super omnem dispositionem stellarum luci comparata
invenitur prior. – – – – – V 28 et 29no
Ex Cap 8vo Si divitiæ appetuntur in vita, quid Sapientia locupletius
quæ operatur omnia? – – – – – – – – V 5to
Si justiciam quis diligit labores hujus magnos habent
virtutes, sobrietatem enim et prudentiam docet et justiciam
et virtutem quibus utilius nihil est in vita hominibus V 7mo

Ex capite 11mo

Ex cap. 10 Sapientia illum qui prius formatus est, a Deo Pater orbis Terrarum cum solus esset creatus custodivit et eduxit illum a delicto suo — — — — — — — V 1 et 2do

Sapientiam prætereuntes n̄ tantum in hoc lapsi sunt ut ignorarent bona, sed insipientiæ suæ relinquerent hominibus memoriam ut his quæ peccaverunt nec latere potuissent V 8vo

Sapientia autem hos qui se observant a doloribus liberavit V 9no

Ex Cap 11mo

Omnia in mensura et numero et pondere disposuisti V 21mo

Multum valere tibi soli superat semper et virtuti brachii tui quis resistet? — — — — — — V 22do

Misereris omnium quia omnia potes et dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam V 24to

Parcis omnibus: quoniam tua sunt Domine qui amas animas V 27

Ex Cap 12 Ideo eos qui exerrant partibus corripis, et de quibus peccant admones et alloqueris, ut relicta malitia credant in te Dn̄e V 2do

Virtutem ostendis tu, qui n̄ crederis esse in virtute consummatus, et horum qui te nesciunt audaciam traducis V 17mo

Tu autē Dominator virtutis cum tranquillitate judicas et cum magna reverentia disponis nos, subest enim tibi cum volueris posse — — — — — — — — V 18vo

Docuisti autem Populum tuum p̄ talia opera, quoniam oportet justum esse et humanum et bonæ spei fecisti filios tuos quoniam judicans das locum in peccatis pœnitentiæ V 19no

Ex cap. 13tio Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. — — — — — — — — — — — V 1mo

A magnitudine speciei et creaturæ cognoscibiliter poterit Creator horum videri — — — — — V 5to

Ex cap 14to Similiter odio sunt Deo impius et impietas ejus V 9no

Supervacuitas

x

Supervacuitas hominum hæc advenit in orbem terrarum et ideo brevis est illorum finis inventus — — V 14to

Ex cap 15to Tu Deus suavis et verus es patiens et in misericordia disponens omnia — — — — — — V 1mo

Si peccaverimus tui sumus scientes magnitudinem tuam V 2do

Nosse te consummata Justitia est: et scire justitiam et veritatem tuam radix est immortalitatis V 3tio

Ex Cap: 16to Tu es qui liberas ab omni malo — — — V 8vo

Tu es Domine qui vitæ et mortis habes potestatem et deducis ad portas mortis et reducis — — V 13tio

Homo occidit quidem per malitiam: et cum exierit Spiritus non revertetur, nec revocabit animam quæ recepta est V 14

Sed tuam manum effugere impossibile est V 15to

Ex Cap 17 Magna sunt Judicia tua Domine et inenarrabilia Verba tua propter hoc indisciplinatæ animæ erraverunt. — — — — — — V 1mo

Ex Cap 19no Impius usque in novissimum sine misericordia ira supervenit, præsciit enim et futura illorum V 1mo

SENTENTIÆ EX ECCLESiastico SELECTÆ.

Ex Cap 1mo Omnis Sapientia a Do: Deo est, et cum illo fuit semper et est ante ævum V 1mo

Timenti Dominum bene erit in extremis et in die defunctionis suæ benedicetur V 13.

Timor Domini Scientiæ religiositas V 17.

Timor Domini expellit peccatum V 17

Fili Concupiscens sapientiam conserva justitiam et Deus præbebit illam tibi — — — V 33

Ne fueris hippocrita in Conspectu hominum et non scandaliseris labijs tuis, attende in illis

ne forte

forte cadas, et adducas anima tua honorationem V 3 Imo et 8vo
Ex Cap: 2do Omne quod tibi applicitum fuerit accipe et in dolore sustine et in humilitate tua patientiam habe V 4to
Crede Deo et recuperabit te et dirige viam tuam et spera in illum serva timorem illius et in illo veterasce V 6to
Respicite filii nationes hominum et scitote quia nullus speravit in Domino et confusus est aut quis invocavit eum et despexit illum — — — V 1— 12
Væ duplici corde et labijs scelestis, et manibus malefacientibus et peccatori terram ingredienti duabus vijs V 14to
Væ dissolutis corde qui non credunt Deo et ideo non protegentur ab eo. — — — — — — V 15to
Qui timent Dominum inquirent quæ beneplacita sunt ei et qui diligunt eum replebuntur lege ipsius. V 19no
Qui timent Dominum custodiunt mandata ejus et patientiam habent usque ad inspectionem illius V 21mo

Ex Capite 3tio

Judicium Patris audite filij et sic facite ut salvi sitis V 2do
Qui timet Dominum honorat Parentes et quasi Dominis serviet his qui se genuerunt. — — — V 8vo
In opere, et sermone et omni patientia honora Patrem tuum — — — — — — — V 9no
Quam malæ famæ est qui derelinquit Patrem, et est maledictus a Deo qui exasperat matrem, V 18vo
Quanto magnus es humilia te et coram Deo invenies gratiam,

quoniam

3um

Quoniam magna Potentia Dej solius, et ab humilibus honoratur. V. 20. et 21mo

Altiora te ne quæsieris, et fortiora te ne scrutatus fueris sed quæ præcepit tibi Deus illa cogita semper et in pluribus operibus ejus ne fueris curiosus V. 22do

Cor durum habebit male in novissimo et qui amat periculum in illo perbit — — — — — — V. 27mo

Ex Cap: 14to Cor inopis ne affixeris et n' protrahas datum augustianti — — — — — — — V. 3tio

Rogationem contribulati ne abicias et n' avertas faciem tuam ab egeno. — — — — V. 4to

Fili Conserva tempus et devita a malo — V. 23

Pro anima tua ne confundaris dirigere verum V. 24to

Non contradicas verbo veritatis ullo modo et de mendatio et erudicionis tua confundare — — V. 30mo

Non confundaris confiteri peccata tua et ne subiciaste omni homini pro peccato — — — — — V. 31mo

Pro justitia agonizare pro anima et usq ad mortem, — certa pro justitia et Deus expugnabit pro te inimicos tuos V. 33tio

Noli citatus esse in Lingua tua et inutilis et remissus in operibus — — — — — — — — — V. 3tio

Noli esse sicut leo in domo tua evertens Domesticos tuos et opprimens subjectos tibi — — — V. 35to

Ex Cap: 5to De propiciato peccato noli esse sine metu neq adicias peccatum sup peccatum — — — V. ~~5tio~~ 5

Ex Cap: 6to Si possides amicum in tentatione posside illum

BUS

illum et ne facile credas ei — — — — V 7mo
Amicus fidelis protectio fortis qui autem invenit illum
invenit thesaurum — — — — — — V 14to
A juventute tua excipe doctrinam et usq; ad canos inve=
nies sapientiam — — — — — V 18
In multitudine Præsbyterorum prudentium sta et sapien=
tiæ illorum excorde conjungere ut omnem narrationem
Dei possis audire et proverbia laudis n. effugiant ate V 35to
Cogitatum tuum habe in præceptis Dei et in mandatis
illius maxime assiduus esto et ipse dabit tibi cor et concu=
piscentia sapientiæ dabit tibi — — — V 3.4.
Ex Cap: 7mo Noli facere mala et n. te apprehendent 1mo
Noli quærere a Domino Ducatum, neq; a rege catedram
honoris — — — — — — — V 4to
Noli quærere fieri judex nisi valeas virtute irrumpere
iniquitates ne forte extimescas faciem potentis et ponas
scandalum in æquitate tua — — — — V 6to
Exorare et facere eleemosinam ne despicias V 10mo
Non irrideas hominem in amaritudinem animæ est enim
qui humiliat et exaltat Circumspector Deus V 11mo
Noli velle mentiri omne mendatium assiduitas enim
illius n. est bona — — — — — V 3 1mo
In omni virtute tua dilige eum qui te fecit et mi=
nistros ejus ne derelinquas. — — — V 3 2do
Non desis plorantibus in Consolatione et cum lugentibus
ambula non te pigeat visitare infirmum ex his enim
in dilectione

firmaberis — — — — — — — — — — V 28vo et 30
In omnibus operibus tuis memorare novissima et in æternum
non peccabis — — — — — — — V 40mo
Ex Cap: Multos perdidit aurum et argentum — V 3tio
Non despicias hominem avertentem se a pecato neque
improperes ei quoniam omnes in corruptione sumus V 6to
Ex Cap 9no Non Zeles gloriam et opes peccatoris non enim
scis quæ futura sit illius subversio — — — V 16to
Viri justi sunt tibi convivæ et in timore Dei sit tibi
gloriatio — — — — — — — — — V 22do
Ex Cap 10mo In manu Dei prosperitas hominis V 3tio
Omnis injuriæ proximi ne memineris et nil agas
in operibus injuriæ — — — — — — V 6to
Avaro nihil est scelestius et nihil est iniquius quam amo-
re pecuniam — — — — — — — V 9et10
Odibilis coram Deo est et hominibus superbia — V 7mo
Initium omnis peccati est superbia qui tenuerit illam
adimplebitur maledictis et subvertet eum in finem V 15to
adverte Noli despicere hominem justum pauperem noli magnifi-
care peccatorem divitem — — — — — — V 26to
Magnus et judex et potens est in honore et non est major
illo qui timet Deum — — — — — — V 27mo
Ex cap: 11mo Non laudes virum in specie tua
neque spernas hominem in visu suo — — — V 2do
In vestitum ne glorieris unquam nec in die honoris tui
extollaris — — — — — — — — V 4to

Priusquam

BUM

Priusquam interroges ne vituperes quem quam et interrogaveris corripe juste — — — — — — — — — V 7mo

Priusquam audias ne respondeas verbum et in medio sermonum ne adiicias loqui — — — — — — — — V 8vo

Benedictio in mercedem justi festinat et in hora veloci processus illius fructificat. — — — — V 24to

Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ magnæ et in fine hominis operum illius — — — — — V 29no

Ex Cap 12mo Benefac justo et invenies retributionem magnam et si non ab ipso certe a Domino — — — V 2do

Da bono, et non ~~ne~~ receperis peccatorem, benefac humili et non dederis impio — — — — — V 5et6to

Ex Cap: 13tio Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia et nequissima paupertas in ore impii — — — — — — — — V 30mo

Ex Cap: 14to Qui acervat ex animo suo injuste aliis congregat et in bonis illius non luxuriabit. — — V 4to

Qui sibi nequam est cui alii bonus erit et non jucundabitur in bonis suis — — — — — — — — V 5to

Ante mortem benefac amico tuo et secundum vires tuas exporrigens da pauperi — — — — V 13tio

Ante obitum tuum operare justitiam quoniam non est apud inferos invenire cibum — — — V 17mo

omne

BUM

Omne opus electum justificabit et qui operat illud honorabit in illo — — — — — — — V 22timo

Beatus vir qui in sapientia morabit et qui in justitia meditabit et in sensu cogitabit ~~eam~~ circumspectionem Dei Versu — — — — — — — — 22do

Ex Cap: 14 Qui timet Dominum faciet bona et qui continens est justitiæ apprahendet illam — — V 1mo

Ante hominem vita et mors bonum et malum quod placuerit ei dabit illi — — — — — V 18vo

Oculi Domini ac timentes et ipse agnoscit omnem operam hominis — — — — — V 20mo

Ex Cap: 16to Non exoraverunt pro pecatis suis antiqui Gigantes, qui destructi sunt confidentes suæ virtuti V 8vo

Ex cap: 18vo Ante Judicium para justitiam tibi et antequam loquaris disce — — — — — — V 19no

Ante orationem præpara animam tuam et noli esse quasi homo qui tentat Deum V 23tio

Homo sapiens in omnibus metuet et in diebus delictorum attendet. ab inertia — — — V 27mo

Post concupiscentias tuas ñ eas et a voluntate tua averte V 31mo

Ex Cap: 19no Operarius ebriosus ñ locuplebit et qui spernit noctura paulatim decidet — — — — V 1mo

Melior est homo qui minuit sapientia et defficiens sensu

intimore

intimiore quam qui abundat sensu et transgreditur legem altis-
simi — — — — — — — — — — V 21mo
Ex cap 20mo Oprobrium nequam in homine mendatium, et
indisciplinatorum assiduè erit — — — V 26to
Joannes-Poloniæ a delata purpura, Ecclesiæ, ab impensa tutella, Austriæ a reddita libertate, Rex, Defensor, vindicator, uno umbone tertius tres protexit. Patriam, Deum, Imperatorem, dum polonis Regionem, Cœlo Religionem, Leopoldo Viennam servat, auget, restituit. Regnavit sine invidia quod raro, vixit sine querela quod sanctum, pugnavit sine vicissitudine quod mirum. Vicit sine fastu, quod non humanum. Et ut omnia pro immortalitate egisset ipsam animam moriendo egit. Hoc uno Poloniæ injurius, quia mortuus est Princeps, tam in splendore actionum immortalium, quam in mortis umbra serenissimus.

ORATIO LEGATI SARMATICI AD ALEXANDRUM MAGNUM

Si Dij habitum corporis tui aviditati animi parem esse voluissent, orbis te non caperet, altera manu Orientem altera ~~manu~~ occidentem contingeres et hoc assecutus scire velles, ubi tanti numinis fulgor conderet. Ab Europa petis Asiam, ex Asia transis in Europam. Deniq; si humanum genus omnes superaveris, cum silvis et nivibus et fluminibus ferisq; bestijs gesturus es bellum. Quid tu? ignoras arbores magnas diu crescere

una

una hora extirpari? Stultus est qui fructus earum spectat altitudinem n' metit. vide nec dum ad Cacumen pervenire contendis, cum ipsis ramis quos comprehend: decidas. Leo quoq aliquando minimarum avium pabulum fit, et ferrum rubigo consumit. Nihil tam firmum est cui periculosum n' sit etiam ab invalido. Quid nobis tecum est? nunquam terras tuam attigimus. Quis sis unde venias licet ignorare in vastis sylvis viventibus, nec servire ulli possumus nec imperare desideramus. Bona nobis data sunt ne Scytharum gentem ignores jugum boum, aratrum, sagitta hasta et patera. His utimur tam cum amicis quam adversus inimicos. His Syriae Regem et postea Persarum Medorumq superavimus patuitq nobis iter usq in Ægiptum. Sed tu qui glorians ad latrones persequendos venire, omnium gentium quas adisti latro es Lidiam ** cepisti ** Syriam ocupasti. Persidem tenes Bactrianos habes in potestate jam etiam ad pecora nostra avaras et visitabiles manus porrigis. Quid tibi divitijs opus est? quae te esurire cogunt? primus omnium sacietate parasti famem ut quo plura haberes acrius quod n' habes cuperes.

Transi

Transi modo Tanaim, scies quam late pateant, nunquam tamen consequeris Scythas. paupertas nostra velocior erit, quam exercitus tuus, qui prædam tot nationum vetuit. Rursus cum procul abesse nos credis videbis in tuis castris, eadem enim velocitate et sequimur et fugimus. Proinde fortunam tuam pressis manibus tene, lubrica est nec invita teneri potest. impone felicitati tuæ frenos facilius illam reges. Deniq; si Deus es tribuere mortalib; beneficia debes non sua eripere. Sin autem homo es id quod es semper te esse cogita. Stultorum enim est meminisse eorum propter quæ tui oblivisceris. Quibus bellum n' intuleris, bonis amicis poteris uti, nam firmissima inter pares amicitia est, videntur autem pares qui nullum inter se virium fecerunt periculum, quos viceris amicos tibi esse cave, credas inter Dominum et servum nullâ amicitiâ cæterum nos Asiæ et Europæ custodes habebis, ex utraq; parte Imperio tuo finitimos hostes, an amicos velis esse ~~an hostes~~ considera.

Triumphus Divinissimi Michaelis supra Infernalem potestate scriptus imitando panegirim Ludovici Galliæ Regis.

Attigisti æviternæ gloriæ famam Dux divinissime

adepta es Sacrosanctorum votorum summam gloriosissima Spiritum Regio, tenes fastigium dignitatis Empirea pietas: bellum illud invictissimus Archanielorum Princeps horrere sibi vetuit, ad quod venturæ afflictionis communia omnium vota, privata singulorum studia, publica superbaque comitiorum consulta, impiæ multorum suadæ assiduus tumentium tumultus, improbi belli contentores, Inferni demum totius rationes, motus, sensusque universi ferebant.

~~Imitatio~~ Oratio in funere Ferdinandi 4ti Regis Romanorum dicta quæ sic incipit.

Ferdinandus 4tus. O! trahica tanti nominis pronunciatio, quod unum nuper non han austriam tantum et omnem germaniæ amplitudinem, sed universam etiam quam late effundit Europæ Majestatem suavissima sui recordatione exhilarabat. Ferdinandus 4tus. O! invida semper humanarum rerum felicitati fortuna, quæ præparata gaudiorum teatra ferali catastrophe dehonestas. Ferdinandus 4tus O! grande nuper Augustissimi Parentis solatium, O! acerbissima hodie Romano Imperio dolendi materia. Ferdinandus 4tus O! breves deplorati hujus sæculi deliciæ

O! logi

O! longi et ad nepotes transituri luctus, O! insanabilis plaga Ferdinandus 4tus O! quam ægrè pronunciat quod nunquam superstitibus nobis evenire posse sibi amor persvadebat. Ferdinandus 4tus. Erumpe tandem quod dictu horrendum, quod auditu terrificum, quod cogitatu peracerbum. Ferdinandus 4tus Sinite, me violenta Suspiria, priusquam præ doloris acerbitatem obrigescat eloquentia. doloris materiam gemino verbo complecti, Ferdinandus 4tus. Occubuit.

Imitatio ejusdem Orationis in Funere Illustrissimi a magna Konczyce Mniszek

Georgius Mniszek O! trahica tanti nominis pronunciatio quod unum nuper nõ tantum a prima prosapiæ purpura frons, ab insignibus ñ tantum Poloniæ meritis decus, sed etiam quâ late patet a conservatæ Patriæ Libertate fulcrum erat. Georgius Mniszek O! invida semper humanarum rerum felicitati fortuna, quæ avitam celsissimi Regiæ Domus ferali anihilare necessitate catastropho Georgius Mniszek ob redditam Rei Pub: libertatem ejusmet fulcrum. O! acerbissimam hodie ñ soliem prosapiæ Mniszkow sed etiã Majestati Aquilæ albæ dolendi materiam. Georgius Mniszek O! breves deplorati hujus seculi deliciæ. O! longi non tantum ad avitos procerum Konczyce dictorũ verum etiam ad universos Sarmatiæ Nepotes transituri luctus. insanabilis plaga.

BVM

Georgius Mniszek O! quam ægrè pronunciat quod nunquam Superstitibus nobis evenire posse, sibi amor persvadebat. Georgius Mniszek Stupet animus mærore attonitus et luctuantia inter gemitus verba violentis singultibus absorbens. Georgius Mniszek Erumpe tandem quod dictu horrendum, quod auditu terrificum, quod cogitatu peracerbum. Sinite me violenta Suspiria priusquam præ doloris acerbitatem obrigescat eloquentia materiam gemino verbo complecti Georgius Mniszek Occubuit. Llq satis male

Imitatio Oratoria Entusiasmi In Laudem BEATISSIMÆ Data.

Terrarum populiq jubar cui sydera longe Lactea et argenteus Phœbes Tytanis et aurum decedit, ubi si qua polo lux purior albet, huc ades. O Virgo Nymphæ Parnassidis una suffectura Locum Dea Numinis amplior et u sola ingens numerus volucrum ceu gloria phœnix avis Inspe sibi statuit de majestate catena pulchrum opus hinc alio n aggrediendo labore metra patrocinio, per frontes honores pq novem data majarum vadimonia dextram juravit mihi phœbus opem se sede profanum vulgo Virgineæ dum prima crepuscula vita alba rudimenta et stigia nil noctis habentes, sed puri plenos radijs semperq serena hæredes huius menti calor incidit torcq dicere nec lapsum patria discrimine culp

discrimine culpæ momentum, Princeps vitalis in ordine cursus

Sensus Oratorius factus ex Ligato.

Musas fictas Deas in Orbe, hasne auxiliatrices Dicam imò nec memorare conor, abesto longè àme splendidus Syderum fulgor, argenteam oculis nolo spectare spheram cum miser in terris stellis Lucidiorem lunâ priorem, sole clariorem intueor Mariam O! Virgo o! Omnipotentis olimpi Regina O! unica inter Catervas Majestatis Divinæ Phœnix Pulchrum opus honoris tui spirantibus superis laborare proposui, O! Virgo Virginum admirabilis O! sine labbe Mater, dum nec prima virgineæ vitæ rudimenta stigmata impiæ noctis habebant sed semper serenata castitatis luce claruerunt.

Fragmenta seu Sententiæ pro faciendo ex iisdem.

Sensu Oratorio naypredzey na mo:

Asperitas: odium sævaque bella movet Taskawość młodych.
Odimus accipitrem quia vivit semper in armis,
Et pavidum soliti in pecus ire lupos
Et carent insidijs hominum quia mitis hirundo

Odio semper Accipitrem insectamur. in his duobus
Caret humanis insidijs arundo sensus simplex oratorius.

alind carmen Discite justitiam moniti et non temnere divos

Oratorie Versati in iniquitate discite ut quod vis Superum expleatis Imperia

BVM

alind carmen Vivite felices quorum fortuna peracta
Oratorie Ducite felices horas qui fortunæ sin=
gulare experti estis beneficium.

Elogium Scriptum Georgio a Magna
Łonczyce mniszek p Imitationem

Joannes mniszek a prima purpura pro sapiæ,
ab insignibus meritis poloniæ; a conservatæ
libertate frons decus et fulcrum in hac ergo
periodo considerata sunt plura Senatorum zasłu=
żony wszystżnie pierwszy wsenacie Oyczyzny
podpora. sciendum że miał za herb 3 drugich pior
laudabis ergo per synonimia toiest że tymi pio=
rami czyli skrzydłami troie okrył toiest rzecz
pospolitą Domu familią v etiam uważaiąc iakto
inaczey Rzecz pospolita z Oyczyzna tum etiam
że będąc w Senacie Marszałkiem Polonis famam
protulit fulgentem. sicuti Avitis celsissimi
Łonczyc alis unus tres protexit Rempublicam
Patriam et Rempublicam Dum familiæ honorem
Patriæ incolis ~~famam~~ gloriam Polonis fulgentem
auget gloriam. v etiam uważaiąc gdzi się rodził
synonimia możesz położyć ... vincidæ liber=
tatem servavit auxit restituit potym uwa=
żaiąc że był w Senacie naypierwszym Praeibat
senatui sine invidia, quod raro dalej uważaiąc
to że funkcya Marszałkowska podobna do gospodarstwa
ayca szka

acieszka rzecz gospodarować bez nienawiści sq. świadcząc Scipionem magnum gestabat sine mimo querela dalèy uważaiąc szczęście które zwykło często odmieniać amicam vidit fortunam sine vicissitudine quod mirum na ostatek miey wzgląd na to że przy fortunie ludzi nayuiecey pysznych. Vixit sine fastu quod fastis dignum quia ultra humanum a cowielkszą uważaiąc miłość ku Oyczyznie extraordynaryiną rzecz tey czyń kombinacyą sic vg. Et ut omnia pro immortalitate egisset ipsam animam moriendo egit na ostatek będziesz miał kombinacyą y z samey śmierci uważaiąc różne iey przyczyny potym uważay przypadki daley uważay rzecz przeciwno śmierci która iest życie dopiero z złego a chwał z dobrego życia. sic vg. hoc uno Polonia injurius quia mortuus Pater Patriae Princeps Serenissimus tam in splendore mortis immortalium plusquam Serenissimus.

p Immaginem Mundi

Amplificatio hujus dicti Pacem te poscimus omnes Silete auribus invisi Mavortis Litui respirate cruentam semper necem, spirantia praeliorum tormenta satis prolixo strepitu corda et animos magno perculsos metu afflixistis. Non inimicam abhinc Gradivi aciem, sed fertiles desiderata pacis olea Campos singuli exoptamus. Quid enim publica tranquillitate beatius

quidquid obtenta quiete jucundius, hæc ipsi arridet
Numini, siquidem pacatum Cælorum Regnum
possit ubi neque ludus, neque clamor dominari.
quicunq præterea colunt Aniegeli Pacis sunt,
Certo certius actiones humanæ tranquillo ani=
mo gestæ non commovebunt inferorum fluctibus,
si concordia boum spectemus Juga Lambere se
se ~~sentiemur~~ notemus, si volatilium indistinctas
videamus turbas o! quam sonora canentes intuea=
mur, si denique socius reptilium clamor nostras
perstringat aures, proculdubio felices anni vi=
dentis speramus natales, nec miremur elingui=
bus vermium faucibus pulvereas fabricari molles,
proch quænam una laborantibus fieri non possent
ipsa etiam aëra si undique faventes orbi reddant
malatias oquam grata saluberrimaq, etiam lassa=
ta furioso ventorum turbine sylvarum caterva
de scura hortorum pompa dormitanti arridet horæ.
Principi Planetarum cætera obediunt Lumina,
donec violentâ nubium clade oppressa n videant. Su=
perbes humi colles humillimæ adorant Nimphæ
quousque invida populi manu eosdem demoliri
non cernunt. Lq non male

Amplificatio supra hoc S. Augustini dictum
Omnis creatura clamat quia te Deus amat.

Utinam tanta e succenso corde prærumpant incendia, quanto amoris æstu creaturæ omnes erga Numen maximum exardescunt. Heus quæ flammæ ex callido Seraphinorum prorumpunt pectore? quem ignem ex cordibus referte belluis ovibusq silvæ concipiunt? quæ corda candido affectu plena horti exhibent? Mirare auditor a natura rigida marmorum viscera erga Genitorem suum præ intenso amoris æstu liquescere & non desistunt, si spectare cuperes ~~quanto~~ frugiferam Matrem quanto ad superos videres tanquam viventem gemere prolem. Dubitasne? fertile ~~alacri passu~~ cervum animo ad Vivum festinare Fontem, fortasse non sentis conservatricem piscium suavi calidos anhelare fumo. Sed proh Dii quanto viventia ignis amore, moventia spiritûs ardere, imo dura lapidum pectora Omnipotentis Olimpi flagrant æstu, Unicus homo tam inconsideratus ut ab amantissimo creationis suæ aberret fine, frigidum cor Deo exhibet, quod pridem ceu debitum superis holocaustum cremari oportuit.

Amplificatio p conceptus hujus sensus Patrocinium Beatissimæ speciatius colendum

Celeberrimum Reginæ Cæli in terris Patrocinium debito coronare Elogio solenne nobis votum est, Patetica ejusdem protectio latere nequit, neque facitos oratores vendicat, quæ a toto orbe proclamatur maxime tamen libera Polonorum voce promulganda est, qui multiplicibus patrocinantis Deiparæ clatricti gratijs

disertissimo ejusdem cultui mancipant. Diem itaq[ue] Dominium gloriosum volumus ut pote nullum gloriosius inter actiones humanas officium, unicô tantum mancipatu Deiparæ, hæc inter mulieres sola tantum fortunata Mater, quæ filios suos aureo virtutum proteget pallio, heus q[ua]m prosperrima Gubernatrice Maria in spatioso terrarum ambitu navigatio, cum inter Decumanos tentationum fluctus tutam ab omni labe facit juventutem. Dij boni erga faventissimos tanta Genitricis gratia, tanta Divinæ Matris clementia, ut nô solum vivos scelerum defectus sanandos curat, sed etiam exanimis flammarum cruciatibus oppressionem animarum nô permittit. O! felicem tanti nominis servitutem quæ nô solum in suprema Regione verum etiam in hac lachrimarum valle prosperrimis gaudet diebus. Sed proch infelicem si elogiorum vota in meridionali die solis splendore[m] patiant ecclipsim. Lecta. Valde bene.

Laus Sancti Martini Per Conceptus.

Non palliatam Martini virtutem, sed certissimam centones ipsi deprædicant, locupletemq[ue] illius munificentiam egestas ipsa liberali divulgat ore dum enim Ambianum Eques petebat, in mendicum incidit eo veriorem quia nudiorem, cui præ frigore algienti lachrimisq[ue] stipem eroganti libenter receptum concessit chlamidem Mecenas integerrimus. Non metiendu fuit Divino Marcelli virtutem Duci tementas

cum prælia carnis mundiq; petendo loricam egeno donaverit inter deprimentes victrici calcaneo amorem sui ipsiq; vanitatemq; mundi primus fuit Marticola, qui primò direptâ sibi lasciva vitâ tandem alieni delicti petiit exuvias. O! temeritatem tanti herois tremulam, o! furibundam humilitatem, quo audacior eo humilior quò tumidior, eo in pauperes clementior, cùm non tantum areas sed etiam extremam è vestimentis proprijs nō denegavit eleemosinam. Non aruit immarcescibilis in sua liberalitate Pastoralis virga siquidem inter intensa aquilonum frigora nudi optatum sibi adinvenet solatium. Ita contigit debitoribus, ut non solis in hac mortali vita vestimentis sed etiam in futura æternitate carnibus spolierentur. recognovit tamen Martinus tam infelicem venturi successus sortem donec fatis cessit liberali egenis manu distribuit marcas. Vinearum Plantationes perfectioribus perfectissima in Martio videri solent, siquidem miseri abundanter ex eis vescuntur fructu. O! gloriosam binorum martirum societatem cum exemplo unius alter sibi arrogat cruces. hic tormenta frigoris ille vero plurimos illusionum patitur gladios sed proch superi ne prius mendicus tenderet ad coronam Martinus illum ornavit chlamide.

Laus Rhethoricæ per Definitiones.

Inæstimabilem eloquentiæ Thesaurum quærimus, cum tanto pratiosi temporis intervallo Rethoricam inventionem scrutamur. Quid arte prædicta locupletius? quæ verbis ut nummis ingens labori suo pratium exsolvit. fontes Rhetoricos verius inexhaustum mare dixero, tot dives gemmis quod ponderosis ac rotundis sensibus. Inter magnos ~~doctorum~~ doctores scientiarum inter maximos studiorum Principatus Reginam eloquentiæ quo magis Deam omnis argumenti censere Rhetoricam audeo, siquidem in universo qua late patet orbe sive ad recte factorum amplitudinem, sive ad virtutum progressum faventibus sibi infinitam profert materiam. Quid vero non agit haccine solutæ linguæ mater et potè erector Patriæ filios ad illustrissimorum honorum promovet titulos exerceet dare magnis jura quiritibus. Ne vero dubium cuiquam foret credere Rhetoricam Sanctioris vitæ magistram tot specimina sacra profero, quod spatiosus objecta numerat orbis. Erubescite inconsideratæ mortalium mentes si Rhethoricam lucem animorum obscuram scientiarum noctem putaveritis, dum enim subjecta cæcitate nubiliora meridionali luce clariora facit.

Amplificatio per enumer: Partiu hujus dicti Tempora Labunt

Nihil celerius ætatis cursu festino, nihil promptius sæculorum Passu expedito labuntur tempora fluminum ad instar nulloque pauciori moris obice nullo quietis intervallo arceri possunt quin ad immensum æternitatis mare fluere permittant singulorum annorum rotæ passu quo velocior nemo suam properare solent ad metam, amæna mensium spatia æternitatis petunt clepsidram, Lucidissimi dierum soles ad perennem volvuntur occasum, tristes noctium horæ ad æternum lucis progrediunt indicem quarternæ horarum partes ferreis aufugientes rotis ad suum tetendunt centrum copioso labore lassata septimanarum tempora ad perennem labunt requiem.

Descriptio Studiosi insolentis p Enumeratioñe Partl:

Deforme levitatis monstrum intueri satagitis illú considerate, qui caput irrequietus nunc ad superos adtollit non reverentiæ sed curiositatis gratia ut scilicet vagus per cœlum stellas syderaqꝫ erratica et observet et emulet. Nunc idem caput ad terram deponit ferens nimirû locû quem

insolens visitet atque perturbet Quos reddam ore sonos nimiæ oculorum curiositati quæ quod objecta spectari possunt tot versipelles ~~mordendi~~ ioculari eã habet affectus, quas vultui conscribam Panegires qui incessanter inconstantiæ suæ fingit formas pallidam semel rubram iterum speciei ostendit præsentat immaginem sed minimo hæ partes vitupero probant. majori tamen spectemus illas, si linguam scruteris auditer o quod inania ~~protulisse~~ ~~spectaveris~~ audiveris verba quod spectaveris frontem sudore promanasse inepto Intuere tantum serena mente manus quos nulli fini n fecerunt actus pedes si præ oculis habueris nec illi quandoque maturo progrediebant passu, totius denique corporis unumquodque membrum nullum adhuc in vita sine inconstantia egit bonum.

Laus SS Nominis Jesu per Thesim et Hippothesim

Nomina plerumque sunt rerum omina cum enim dicit sequit adesse excelunt proculdubio quicunque augusto nomine gloriant, superant certo certius quorum illustrior appavet titulus, præferunt ultra fidem quos quos eminentissima per universum provexit fama ~~cum nõ solum eminentissima p universum provexit fama~~ cum non solum augusta eorum nomina illustris meritorum dignitas

verum etiam principe nomine Dignitateq gloriosius factus indelebilem sui postramæ ætati reliquit memoriam. Non ne magnum nomine, non majorem fortitudine proclamavit fama Alexandrum Macedonem, quæ moderna usq ad tempora victrices in mente humana colligit messes. Magnum Pompeium exclamarunt per universum orbem meritorum gesta, Konstantinum magnum nomine majorem dignitate maximum fortitudine dixit victoria, qui non tantum hostium cervices sed etiam sui ipsius invictas animi vires victrici depressit calcaneo. Majorem tamen gloriam minimo in cunis Christo maximum præsagit nomen cum enim sit super omne nomen, illud denotat qui provectâ ad superas majestate creatas superat eminentias. Nomen hoc cælo amabile, Orbi salutiferum, Inferis tremendum, ac semper reverendiale utpotè suavitate replet aures, lætitia animorum reficit vires.

Amplificatio supra mãm Ipsa sibi pratium virtus est p Similitudinem. Si ad Æquiorem Judicij bilancem gravissima venit probitas nunquam flocci ducit nunquam de maximo certat pratio cum se inæstimabilem convincat et existimet. Coronam non appetit fulgens adamas dum inter pratiosissima orbis decora valorem suum Principem experiat. Quis ergo solis decorem Juvabit

splendor

splendor dum non tantum praecursorem auroram rutilo fulgore micare fecit, non tantum meridionalem terrae globum auratis irradiat comis, verum etiam bicornum Planetarum Principem argento solet ornare amictu nunquam aurata facies alieno gaudet splendore cum supra omne objectum Illustrior eminere solet. Rubigo tantum auri venustatem deformari censet, cui natura validum pretij censum negare praetermisit. Nec potest vocari Rosa Regina florum, quae purpurei loco vestitus alienis amicta folijs. Haec est virtutis proprietas ut n. tantum sola viget pretij dignitate, decoris officio, suavitatis munere verum etiam concessas sibi sedes eadem in parte beatiores sibi facit. nonne majori valore spectamus gloriari coronata capita quibus praeter auri decorem adamantum effulget splendor. Eandem pometis praestat gratiam amaenitas florum, quae tot solatia, quot florum spectat genera.

Dissimilitudo recentis Poloniae antiquae.

Heus quantum a prisca majorum felicitate degeneravit hodie infelix polonia; Qui enim nuper ferale orbis tonitru gentiumque terror metuebamur umbram, nunc hostilem pertimescimus, ubi celebrati

tot saeculi triumphantium Sarmatarum plausus, elingues modo Memnonis praeterire diligunt horas, nec in mentem veniunt irrevocabiles fugientibilium cum gloria saeculorum dies, teporem agunt versati animbusq ad deprimendos hostes Ducum animi, praestant silentia terrore et fortitudine celebres praeterlabsi saeculi mucrones. O! detestandas tam surdorum temporum vices, plausuum loco topor oculis auribusq insultat, invicto robori trepida saeculorum canities ad demoliandos hostes occurrit viam validiori quia vivatiori praesentis aetatis qm anteactis diebus principes magnatesq vigent fortitudine, utpotè adeò super hodiernam pompam infractas agunt vires ut clementiae gratiae tutam se ab omni ruina sentit, et eò clementiores sui cernit Polonos, quo timidiores.

Laus SS Japonensium Martirum p Contraria

Tres martires omni sanctitatis numero absolutos uno in totius anni decursu felicissima dies exhibet Joannem hujus clamantis vocem nulla vis Tyranni obturare potuit, nam etiam cum tacebat celeberrimam pietatem Loquebatur Jacobum fulmen illud Paganismi quod Japonia maxime tunc timuit cum immani ausu in viros insontes servit Paulum vas electionis pulcherrimum, cui commissum nomen Jesu inter fuscas quâ moribus quâ vultibus gentes Phoebi adinstar respplenduit. Quis tam egenam Japoniae arro-

gantiam

BVM

frangeret, quis de tam obstinato Impiæ gentis triumpharet spiritu, nescit timere audacia, quæ quanta sperat nescit credere, parvus enim ætate Japonensis Martir, magnus animi fortitudine divinæ Hector, qui non jam viginti ut vitæ suæ numeravit años, sed mille pro Christo tractatus angustijs. Quod licebat vivere tot vinci et vincere placuit Divinissimo Paulo, Vicit timida Paganorum Improbitas Invictum animo Divinissimum Hectorem, cui non tantum bona corporis jactanda in ruinam voluit verum etiam Divum heroem et ipsâ privavit vitâ, sed proch Superi non ne majorem inter maximos spectavit orbis Heroem Servum Dei Paulum, qui quod mortalia sentirit vulnera tot sanata hostilium animorum animorum æternæ vitæ tradidit membra. Acerba tandem gloriosæ patientiæ exordia dulcem tormentorum divo Jacobo significarunt epilogum, cum non tantum ausus fuerit afflicta totius corporis sentire membra non tantum se ipsum martirio cruore ablui cupiverat verum et cæterorum lætatus angustâ suavitate mortis.

Amplificatio hujus sensus p adjuncta verum Voluptas hominis perniciosa. Quid quid mali in depravatum orbem invehit effreni debet voluptati hæc consumpto paradisi malo optimam mortalium abligurivit

vivit sortem pessimam deinde morborum necis aliarumq calamitatum massam evomuit. Sed o fraudulenstas illecebras cu tot ratione carentes animos proch sine sole domui et visco volucres includis, peress nox atrocissima qua umbra clarissimum aufers solem Sed compalratus si n accendet conflagrabitne rogus? nullius cor possidebit Mater scelerum si illi abstinentiæ frana impones sine mora itaq properent pedes virtutum itinere si a nefando tramite deviare cupiunt Non Bachi hedera sed immortalium virtutum laurq satagant huc usq superba frontes, si humili gradu saludis excelsam assequi conant plurimorum capita Sed o pacifica sint plurimis exemplum suavi maro et somno sepulta dolendum mortis diem prævisam n videbunt.

Laus S. Casimiri per adjuncta personæ.

Casimirum encomijs prosequi non casui miro sed cultûs perennis debito adscribite Recipit laudes tributuarias Rex virtutum, qui n solum benè mereri de Patria sed etiam in præmium meritorum Cælum possedit, Si inter Cæteros lapillos solenniori pratio unionum dignitas æstimari solet, quantam Casimirus gemma virtutum nõ meret laudem, qui non solum æstimationem et decorem addidit Poloniarum Coronæ, sed etiam vivam ex præsit suæ dignitatis ~~memoriam~~ posteritati memoriam Pomellum Christi Casimirum dicere audeo, inquo abundantius Semiramidis Decore virtutum procrevere Lilia Quamvis gaudet effusa inomnem liberalitatem messis

honore, dum sufficientem præsenti æpulo omnibus laudandi sui contexit materiam, majori tamen manipulo Jagiellonis arridet gloria, cum non tantum præterlapso sæculo non tantum præsenti ætate sed etiam venturo tempore porrigendas sibi victorum declarat panegires Ara Dei facta Jagiellonis majestas cum nos ministros gratiam supplicantes ad pedes habet. Fundimus ergo preces eo profundiores quo aures in pedibus quærimus. Non tantam sacrum viri censere debemus humilitatem quam in universum orbem castitatem Principem proclamavit virtutum. Novit equidem Divinissima Casimiri Intentio in primo tentationum limine circumferendam victoriam ideo non aliô contra Principem Inferorum nisi mortificationum usus modo.

Laus Jejunij per causas et Effectus

Non jejuna elogia quadragesimalis meret abstinentia, Quis quis enim virtutis hujus suavitatem prægustaverit commendat illa estque dum corpus macerat animam cælestibus inpingvat delicijs. medicinam animarum Jejunium dixere Cælites, quæ quamvis amaro solet tractare gustu corpus efficax tamen animabus consvevit ferre levamen. Satis validam medicinam paravit ille qui si quis non prohibuit jejunio affligere corpus Quamvis ~~infiniti~~ innumeri virtutum inveniunt modi non communem tamen in aquirendis ijsdem omnibus commendat lætitiam. habet gloriosa Regina virtutum castitas multos sibi ~~fautores~~ amicos jeju

nium

orum

nium tamen maxime sibi favere dicit non meruit tantam gratiam a Superis elevatio mentis quæ quod clariora effudit verba tot chariores ibo-rum habuit affectus Quis rebellis molestæ abstinentiæ gloriosæ pietati ipsa epulantis corporis potestas, quæ quo validiori ictu comprimere audet virtutes eo infeliciori ipsa solet perire casu.

Laus Christi Eucharistici per Prothasim et apodosim

Ad amorem Sacramenti hujus quod Divinus Thomas sacramentum amoris vocat excitare nos debet memorabile illud Gallici adolescentis facinus hic cum in aula Ludovici Regis ephebum ageret per invidiam vel certe emulationem aliorum accusatus virgis asperius puniri meruit ignominiosos pertimescens ictus aulicus fugit in sylvas desertaque Regia Latronum turba se adjunxit, tandem inter prædones evasit primitimus cum itaque venationis gratia discurrens Ludovicus in sylvis aberravit interceptus a validissima latronum prædictorum manu cui ephebus insidiatus vitam detrahere minabatur interim dum revocavit in memoriam annos illos quibus in Regia splendide nutriebatur pepercit regi inquiens possem te quidem neci addicere quia tamen panes tuos comedi parco tibi Non in splendida aula sed valle afflictionum lachrymarumque plena serviles ducimus horas et certe per nimiam ausus nostri in-obedientiam et certe

non

avum

non virgis cu Gallico juvene asperius sed infinita torquentibus inferni meruimus puniri pœnâ. Susceptô itaq in sotium vitæ Divino nostrôq inimico Dæmone rebelles supremo favori reddimus gratos, cu pro liberali super incarceratos in hoc exilio munificentia pro quotidiana divini alimenti gratia malitiam odibilem in conspectu benefactoris nostri exercere audemus sed tamen revocemus nobis in memoriam saltim præterlapsa annorum tempora quibus huc usq Christi nutriebamur pane non ut latrones peccatorum nelibus sed ut humiles Dei servi prosequamur illum amore

Descriptio Passionis Christi per allegoriam erudita

Nobiliorem Trojam intra Mænia crudelis Solima spectare spectare licet quæ intra firmissimum pectus Patientiæ Christi nullæ tormentorum vi concussa posuit fundament Nihil sibi a periculis timuit formosior unita Divinitati in Christo humana natura cum ultra millenu hebreorum numerum ad retinendum se se admiserit hostes Non decennio Nova Troja expugnabat a Hierosolimitanis Christus siquidem atot sæculorum serie super hostiles cervices divina dependebat victoria Una quidem ad lugubres lachrimantium nubium super cladem ipsa

die

Bom

die generosa civitas Christus premebat, sed cru=
delitate tam dira quam sæcula anteada audire negarent
præsentia dubiam admirationi dedêre frontem futu=
ra abhorrerent. Gemmeam inter mœnia orbis Chri=
stum civitatem dixero in calvariæ rupella recon=
ditam ad quam sub spinoso tecto cruenta flagellorum
cede avara judeorum caterva hucusq spoliandam
sitivit donec per crucis severitatem ad optatam non
pervenit sortem. Quo ampliorem navigandi cam=
pum profundioremq maris abyssum in porta nun=
tiant arena, eo inter procellas sangvinei sudoris
cruorisq christi navigantibus judeis infelicior successy.

Descriptio Somni per symbola.

Pingatur mensa cum Lemmate
Dant somnia Cibos
Pingatur Porta cum Lemmate
Metam properamus ad unam
Pingatur horologium cum Lemate
Fervatis aufugit hora rotis.

Emblemma ex Sancta scriptura. Supra avaritiam

Pingatur Coluber porrigens mulieri pomum
Inscriptio Isipientibus omnia placent.

Pingant Canes adferentes Lasari in sterco jacenti ex mensa epulonis ossa Iscriptio Virtutes insaniaspernit.

Symbolum exprimens superpia Pin: Mons tribulos et spinas germinans Iscrip: Stultorum plena sunt omnia

Item exp: humil: Pingat Pometum varijs herbarum distinctum coloribus. Inscrip Placet omnibus odor.

Descriptio Martirij S. Stanislai per Affectus

Crudelis Princeps Regni moderator impie nimium audax Boleslae, quae ista est mucronis tui temeritas ut Contra sacrum caput evaginari Contra innocentem extendi Contra Pastorem mitissimum effero ausu praesumas insurgere. Stanislaus est quem inconsiderate persequeris amore non odio clementiâ non vindictâ gratiis non furore commendatus praesul. Casumne sperares Zelosissime Cracoviensis Vavelli Pastor quo non tantum in vavellum sed etiam ad ecclesiae aram effreni ausu jastrzebcżykoviorum et Sreniovitarum Lupi tuum insequunt agnum Sed proch superi cur strepitu non commovetis orbem cur intrepidam non perturbatis temeritatem, Boleslae Poloniarum Princeps aut vesana viris in orbe mente aut supremum te credis esse Numen cum fulminante ad aram Jovis non paveas manum. Heccine

Haccine divinissima antistitis reverentia tibi hacine Sacerdotum caput universi status moderator obedientia. O grandem barbariem o lascivam supremi Ducis in orbe Polono industriam ubi honesta sapientis moderatoris colloquia ubi purpuratum nomen decens demissio solavis honestiq loco sermonis furibundus gladius strepitu replevit templu. LLq Valde

Symbola a circumstantia divi Stanislai occisi a Boleslao vituperantia ejus saevi scelus.

Pingat aula ardens circum circa Hic hostis omnia vincit.
Pingat Lupus apertis faucibus Esuries semper avara
Pingat Canis effrenato cursu insequens agnum
Usq ad Nihilu ardet.

Symb: In Laudem Floriani. Pingat Circulus in medio ejusdem Professoris Theologia — Pingat ~~Liber apertus~~ fons Lemma Sicientibus omnia credit.

Quod proposuerit argumenta Pingat manus porrigens Nodum ad solvendum Lemma Unum nemo vincere possit.

In Laudem Castitatis Pingat Caput Lauru coronatum. Lemma Non frangunt. fulmina Laurus LLq Satis bene.

Amplificatio per Chriam hujus sententia

Oratio est pecunia spiritualis quâ aquirimus quid quid volumus. — — — dixit Osorius

Exordi Ingens procul dubio sapientia tua Comparasti pretiu aestimatissime

Osori, dum locupletissimum orationis Thesaurum vocis tuæ oracula auscultandi imposuisti, magnorum te talentorum Ecclesiastem credis siquidem tot nummos enumeras quod ponderosissima orationis profers verba. Quis enim ad obscurum rationis scrutinium gemmarum æstimationem videre possit certè nisi supernaturali mentis luce inutiles lapillos a pretioso adamante separandos censebit. Vere etenim in Libra sapientiæ tuæ omni major elogio virtutum Princeps elevatæ mentis ad Superos ponderasti gazas dum dicis Oratio est pecunia Spiritualis quâ aquirimus quid quid volumus

Exposit. Splendorem forsan solis noctem ille sentire auderet qui intensas animi voces non spiritualem pecuniam sed jejunam diceret aristam cujus inane vagantis per àera nemo utique gaudere potest vestigiis mirum est; hæc utiquè primus vivendi in orbe modus, hæc solatium hominis, principale, hæc universa potestas, quæ aut gloriam mortalibus aut infamiam hominis et Dei inimico mandare potest. non ne fervens orationis ardor ad extinguendos in corde amoris ignes lachrymarum generat fontes? non ne avara suppliciorum gaza rapit corda Divorum? Supremam deniquè Majestatem cherubim et Seraphim non ne?

in orbem

in orbem descensuras declarat.

Causa Quid igit[ur] non ne Cælum terramq[ue] obriso moveri con=sebis auditor, pecunia utiq[ue] lætam facit mortalib[us] ad vitam viam, pecunia n[on] trita excudire solet in=genia, omnia cogitationi humanæ quidquid comunicabit oculis, quid quid voluntati nostræ fovebit. in omni dictorum spe=cie in omni factorum artes non adjutores sed ser=vos habemus opes, imo fortuna alios ad supremam dignitatem promovet. aliosve infami solet tradere vitæ.

Sim[ile] Patet hæc veritas in splendidissimo astrorum Principe cujus universa potestas aliis splendorem aliis um=bram segui iubet. illi refocillantis caloris gaudent utilitate, illi in unica solis liberalitate de abundantia fructuum ubertate frugum fæcunditate terræ spem sibi appromittunt. Producit utiq[ue] solis æstus è fronte sudoris rivulos. sed ut sicientem refocillet animam et merito solis radios serutatores terræ dicere audio qui et moventium fluminum viscera penetrare solent.

Contra Impietas quicunque tui nominis gloriat[ur] vitâ infami illam terminabit successu ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~

Possunt ne tenebræ noctis solis gaudere luce nuda mendicantis manus cui liberalitatem præstabit voluntatis impotentia cui fovebit, stultitiam quis valebit sapientiam nominari, inutiles lapillos quis censebit gemmas imo nec aureos nummos audi sentire vide 6 cf. qui quamvis servitutis præsentant formam dominari tamen non possunt.

Exem Quodsi exempla ponderosæ orationis desideraverimus Ordinis strictioris S: Francisci huc statuamus religionem cujus cultores semel viatorem sequentes cum a Patrefamilias vitæ sustentationem expetivere et sperabilium numerum loco illam elevata ad superos mente porrexere familiari pro benevolentia mercedem dicens retribuere dignare etc Impatiens agricola cum violaret illos insatiabilis avaritiæ ejusdem cum divino librata prætio miraculosè repleta virtutem venditori exercendam suasit cum dixit quemcunque audivero proferentem hæc verba ab omni prætensione mea liberum faciam eum. Factum quod brevi in suo proposito observavit nuntium nihill sua fuere optando, at Nuntius liberali manu Patrisfamilias quod debuit reddere jussit.

Testi Ne tamen veritati nostræ aliquis indirectum suppeditet argumentum probabiliora S: Augustini in testimonium adduco Exempla, qui non tantum

cultor

Bom

cultor sed et inventor Religionis fuit non tantum alienam confirmavit veritatem sed proprium perhibuit testimonium cùm dixerit Oratio est clavis Cœli ascendit precatio descendit Dei miseratio Quamvis Pöeta aberravit fide ad nostram vero veritatem directa tendebat via cum dixit funde preces nam nemo Dei non indiguus hic est.

Epilo Orationes nostræ jam non aristas vos ab hominibus produci dicam sed potius violentos aquilones ut aquilonum ergo meminerit Deus ~~in~~ die tremenda qui non tantum quid quid volunt ~~pro~~ impetrare non valent verum etiam pœnam promerent Luendam. Eg. Valde bene.

Salutatio Illustrissimi Palatini Lublinensis.

Ingentem materiam in tuas panegyres legimus Illmē Domine N. dum in te uno geminum honorem nostra adorat dictio, habet quo plaudat Patria quia te defensorem spectat, habet quo glorietur Palatinatus, quia te in avita majorum tuorum Domo fortissimum elegit Ducem utriusque officii traxisti nomen vivendi moriendique pro utroque in votis habes superasti majestatem nominis et uno passu omnes gloriæ calles decurristi Quid adhuc proferendum de virtutibus tuis cum in hoc rerum factorum profundo nullo te limite circumspexit dignitas

sed

sed inopem se hic eloquentia nostra in tuo explicando mecenatis nostri favore fateri debet quia majus animorum negotium est ut perennem tibi gratitudinem æterna obsequiorum periphrasi peroremus.

Gratulatoria Nominis Anto: R. P. R. Lublinens.

Superos cernimus faventi erga te spirare animo dum amissarum rerum restitutorem te reperimus R. P. Lubli. dignissime sonora Indigetis tui lingva tot infrequentia auditoris multiplicavit charites, quod dictione concionante e erebi profunditate Deo reddidisti animas quibus in Collegio Madejoviano non præeras exemplo quibus in Basilica non prædicabas personis imo in gravibus Tribunalis Regni viris evanielisando adnabaris justitiam fatet tuam ingenue curam animarum Lublinensis Cathedra bajulatione gloriatur Supremum Cæli terræque numen nihil denique restat meritis tuis nisi ut elogiorum inventionem merearis Votum proinde nostrum est, ut quod quod Consiliorum invenisti mensuras, quod quod meritorum conabaris modos, tot in summis honorum ad longevæ vitæ curriculum reperiaris precamur. Dixi

Oratio Gratulatoria Præfecto Congregatt.

Avita Prosapia tua non sine fructuosa cum

tot beneficia larga dispersevit manus. quod ad cultum Mariæ digniora cernimus ornamenta Præses cætus nostri dignissime ut Flori enim juventutis nostræ gratiosè sempere tum illustri Procerum potentia tuo Patritio gozdawa ad omne obsequium tuum vovemus vigilare. Regna proinde cætui nostro ita prospere ut in amplissimo Regni Poloni campo fascibus tuis subjectum videas. Dixi

Propositiones S. Joannis Nepomuceni.

Silentium Joannis vocalissimum reddidit Patti.

Speculum Virtutum D. Nepomucenum dicam cur tot formosa videbant anima quodquod Joannis invocarunt auxilium.

Oratio in Laudem D. Joannis Nepomuceni.

Vocemne clamantis an silentia in Divinissimo Joanne observare debeam amavit tacitam virtutem Nepomucenus, ad refertos enim obriso montes gemitus statim a cunis silere cum auro didicit, et licet nihil inter disertos loqui plerisq sit arduum Divo interea constanter tacere innatum fuit, atq facile, quanquam latere semper nec unquam aperto ore proclamari debuit qui in corde tacito Thesaurum virtutum inæstimabile pretiosissimamq fovebat animam, crescente igit ætate ad illam silentij perfectionem devenit, ut eximia modestioris compositione Tacito præiret et Harpocrati. Si Divina misteria in Sacratissimo Joanne respexero anceps hereo tacere an proclamare valeo, obedivit ille Divina ingenti cum reverentia majestati, nec humanæ unquam necessitati recusare audebat.

Sed

sed mutuam sui conatus ubique ostendebat faciem nec unquam cuipiam sua nuntiavit gesta. Quis inter mortales Dominu et servum simul agere posset Quis imperij Regens habenas tam heroico servitutem praeberet animo Quis ~~Imperij regens habenas~~ obsequijs mendicorum deditq sceptris imperare auderet, Nepomucenus Dominio gloriosq fulgebat, et famulatum in omni mandato Dei observavit, Imperavit ille Divinq minister poenitentiam agentibq, ~~ter~~ suavitate vocum, ~~praestabat~~ praestabat servitutem pecatoribq sed in Divino pro illis amore, imo tantae perfectionis Divini ministri Regimen tantae humilitatis Nepomuceni fuere obsequia ut Regnatrici servire haud imperare valuit. Abundat clamore Augustus utpote Dies in familiari comodis sima conatu, silet peccatorum messis siquidem uberiorem Regina in virtute fecit progressus, sed ut Regis Impietas Vladislai insatiabilis avaritia quamvis inter tot epularum existebat molles, inter tot opum movebat copias, thesaurus illud virtututum quo in auro pondere graviorem, in gemmis pretio majorem, nō cernimus dignitatem, violentâ eriperet manu arcana a Divinissimo Joanne esurivit. Verumtamen juratam Divino Nomini neque suavitate pretium neque aspero verborum terrore, immota Nepomuceni constantia intentavit fidem. Sed quid ego unica dū taxat Nepomuceni promulgo silentia, nunquid disertus in Divo pro Domo nostra Oratorem singulari cultu n̄ reverear? illa est divinissimi Joannis Sanctimonia quae solenni virtutis

celebritate Rhethoricam propugnant, et simul omnimodam vincit eloquentiam Respondet proculdubio nominis clamantis voci classicus labentis cunctorum famæ vindex Patronus, igitur ut Celeberrimum hunc declarem tutelarem præter missis cæteris amplificationum fontibus potissimus a fama ducam argumentum addes diserto Ori venustatem quando exoptatam præsentiæ tuæ gratiam non negablis auditor, faventissime. Inter collecta universi decora nihil fama optimis meliori insignius, nihil pulchrius nihil excellentius, alas illi addidit communis gloriæ amor, quibus cui ad summa eludat facile omnes naturæ terrestris dotes prævolant, quid enim juvat alto majorum tumere sanguine, si minor genere fama humi repetat nec valido heroicarum actionum fulcro in sublime erigit. quid juvat opimos ex orbe consangvinitatis fructus legere si nomen sterilescit inglorium, Regalem trabeam Codrus exuit ut comptiori famæ perennis veste ornaret. Sub vili Centone mortem ambiebat inagnitam, ut illa pratiosam Celeberrimi nominis immortalitatem emeret solicito multi conatu largas inquirunt opes, thesauros accumulant auroq́ impleta gravant, erraria, sed quid hæc ad boni nominis valorem optimum? Disertis lachrimis suam incusavit fortunam Cresus cujus instabili rota celeberrime e statu felici ad infelicem devenerat Auri etenim sacra plerumq́ fames consumit famam cumq́ latentes thesauros

fodiant

fodiunt mortales avidi inæstimabilem amittunt gloriam. Melius famæ suæ prospexit Crates Philosophorum celeberrimus, qui integras submersit opes ne nomen gloriosum mergeret. tandem nec vitæ pretium famæ divitijs anteponere fas existimo. Mutilavit dexteram Romanus Scevola ut integritatem gloriæ conservaret, manum ardenti foco applicuit maluit enim nominis præclaritatem quam vitæ. Quod si sublimis famæ dignitas superat excelsam progeniem excedit opes vitamque mortalium. Quid immortali gloria nobilius, quid carius, quid perennius, si Regum Imperia in rationali libra ponderare intendam illa a suis non maturiori antecessoribus gaudebunt mandato si illustrissima Magnatum nomina fumosam in eminentia ducant lineam, successu tamen temporis delenda censeo oblivione, Canit victorias triumphantium heroum in omni certamine per universam mundi machinam vetusta fortitudo, nihil sibi à periculis timuerant trabeata crudelium nomina, tamen fletu terminarunt vitam Quæ proferam de abundantibus opibus argumenta quorum auro argentoque impleta recondita nullam præsenti sæculo æstimationem possident a spectatore, imo immortalem vitam pro vili agnosco vendidisse tempore non illâ ad dignitatum metam Divinissimus Imperator procedebat viâ cum ut infinitos ita celeberrimos ad calculum revocando honores præsentat orbi immortalitas. Proinde secure tibi integra

mortalium

mortalium famam universi concredimus qui omnibus San-
ctissima vita recte factis immortalem obtinuisti gloriam,
Vix Nepomuci natus a cunis lucem aspexisti pu-
blicam statim cæleste lumen ita tuas irradiavit cunas
ut illustrissimos imo et serenissimos natales clariores
reddat. flamma hæc omni terrarum luce nitidior
illam a cælo inditam virtutem prodidit qua orbem
tuendo illuminas, nunquam etenim obscurabunt
hæc nomina quæ ardentissima pietate protegis,
patetico superæ lucis fulgori aut dispari San-
ctimoniæ claritate respondit, superstes in terris
Nepomucenus, relucebat in juvene matura pietas
qua ita incaluit ut inextincto omnium virtutum
amore exardesceret Quis inter ingenuos Pragentium
scholarum adolescentes castissimus? Joannes. Quis
in studiorum universitate singularis modestiæ nor-
mam, innocentiæ exemplar? Nepomucenus, Justi
Sanctimoniæ suffragio electus Metropolitanæ Eccle-
siæ canonicus quem virtus et candor insignem ho-
norum fecerat Candidatum Interim unicam Regiæ
Elemosinæ questorem egit quem primum pinguess ti-
tuli sua ad subsellia te erogabat. hinc palam est
quantum tunc suo honori detraxerat qui illæsam

cæterorum

famam solicito auget patrocinio ast ubi sublimem Pra-
giensis catedræ Ecclesiastes ascendit catedram, ita vir-
tutis suæ nominisq famam extulit, ut Joanne nemo inter
sacerrimos oratores sanctior, nemo major surexisse cen-
seret ritu Periclis tonabat in vitia sed quando dissolutos
auditorum mores ad novam sanctitatis formam compo-
nere verborum nexu oportebat. Herculem induit Galli-
canum ut vero virtutem omnibus persuaderet admirandæ
facundiæ junxit prodigia multa siquidem præsenti po-
pulo futura candide enarravit, Tantum eloquentiæ
robur postquam auscultans intellexit Boëmia, Palæ
Joannem gloriosissimum Ecclesiastem præconem Di-
vini verbi celeberrimum, tandem bonæ imo optimæ
famæ Oratorem divulgavit. Commendatæ adeo claman-
tis voci unicus adversabatur Bohemici Regni Moderator
sed simul vile effrenium passionum mancipium mul-
tiplicatis sceleribus infamis Venceslaus Quæ humili-
tas æstimare consuevit, hæc superba solet negare
semper vita Arridebant animo effeminati princi-
pis Indigetis persuasiones quas proscrutandis Vla-
distæ arcanis dixit n licet Nepomuci proinde effre-
nata ira non blansphemia verborum tantum sed
ad equuleos crudeliter ~~tractandum~~ trahendum mandavit

Impius

impius, Joannem, Nam forte martirij censebis termi= num auditor, necdum properavit ad metam insani cru= delitas regis ut pote in profundum Moldavæ Divini servi no= men demergendum hortatus, ultimum vitæ naufragium pas= sus interim emersit celeberrimus fama nostra Patro= nus quem sydera ipsa corpus ejus medijs in aquis tu= mulatum ambigentia prodiderunt. addit non postremis propositi a fama argumenti robur thaumaturga lingva quæ in emortuo Divinissimi Indigetis corpore spectat, seu vivi dat, corrumpi illa non poterit, nam immortalem cunctorum strenuissimæ tuet gloria vocali illius no= stram Oratores subdimus libenter facundiam. Calum ivit in paginam ne punctum honori nos addamus ampli= tudinem eloquentiæ metiri desistimus in te disertissimo Oratore quia Divino quid inutilis nostra facundia exoptat habet, Commendamus enim mutuas intruis obsequijs nostri oris voces pro tutella hujusce Anni supplices fundimus praces et quid quid inconstanter egimus da pœnitentibus veniam rogamus. Dixi. LLq Optime.

A D M D G B V
MARIÆ
S L O C Honorem.

Bvm

OPERA RHEthorices

Ani secundi hoc est.

Millèsimi septingentesimi 48VI ing[nu]

HISTORIA VITÆ Venerabilis PATRIS ABRAHAMOWicz

Societatis JESU Viri Apostolili talem inter alias claudit inse revolutionem.

Contigit Sacerdoti missionis gratia existenti prædicto in Silesia, quia iam ad occasum solis, ~~remoro~~ fecit in Ædibus, ubi tres germano sanguine juncti dissidentes pro-pria possessionis imperabant dominio, susceptus favent[i] corde ut videbat[ur] ei et adoratus, post longas narrationes cum quietem expostulaverit, Magnates cogentes fraude illudere Sacerdoti Romano in antro recondito, ubi nemo propter funesta terriculamenta remanere potuit, quiescere eum assignaverunt. spem fallacem meditantes, quia ille aut interire, aut saltim horrore territus fugere e domo silenti deberet. Nullius conscius Minister pius, eo tutius quo humiliori corde consvetus orationum finem imposuerat labori. ast brevi tempore tanto

motu

motu ~~tanto motu~~ inflexa arx (: prout a ruderibus ruina addiceret) vi inaudita fenestra divisa specularia efficerent, penates dirimerent, in parietibus inversi eminerent lateres; Tandem contractis manibus maturitate gravis Persona magna cum increpatione et gemitu ingreditur domum; stat ut lamentis et lachrymis abstinere non posset, in pectore spectabatur ignis, cinguli loco contractos hamo habuit lumbos, quos trahebat illam atrocissima Æthiops formam intuebatur, primo intuitu hac omnia mærore prostratus Praepositus, crucis tantum signo et innocentia vitæ circum circa munitus; Interim spe firma in Deo animando vires insimulabat gementem, quanam tanta apprehensione consideraret? Agit respondens, angulos olim hæreditatis meæ respicio, horum trium successorum, Genitor ante aliquod annos funesto casu ereptus, ob causam infinitæ tormentorum immanitati ~~deditus~~ addictus, quia comprehendendo pertinacitatem hæreticam obstinato animo persistebam in illa ad ultimum vitæ obitum optarem movere hoc meo infortunio sobolem ut recta veritatis Christianæ progrediantur viâ exauditâ in gemitu et Lachrimis voce Divini misterii actor mandavit damnato potestate Divina hucusque morari in propinquiori palatio donec eundem filiis in conspectum præsenti facie ~~non~~ monstraret. et illius temporis spatium plus in Divina cogitatione quam in quiescendo finivit. Tandem orientes de curiositatis gratiâ cum investigare ingenti conatu sollicitarent Heredes aulicum post primum alium

missum

missum jubent ut non remorando significarent ge-
sta quæ forte cum Societatis Jesu Confessore fierent.
Tandem solus cum egrederetur Spiritualis Pater
Quis quis amore prosequitur gloriosissimum Divini honoris nomen in via virtutum cum Divi= nissimo Elisario non testudineo progrediatur passu utpote omnia calendo se erudiendum optavit omnia contemnendo majestatem quæsivit, quæsivit majestatem non miremur generosissimas Herorum fortitudine superavit vires scholam frequen= tavit virtutum cui non alium præter Crucis affi= xum habuit magistrum invenit utiliorem ipsa sua artem possedit maximæ tutella Domum cum dixit sese uxori investiganti quære me in vul= neribus Crucifixi Quisis est inter delicias regum

suavior

suavior locus quae cariori aestimat pretio doctrinae sedes quam contemplatio vulnerum Christi. quaesivit majestatem divinissima Athleta ut ut feliciorem se noscat Policratem doctrinarum flagitavit Domum ut ut remotiorem sese putet a mundi caecitate Lucem Divinae scientiae e Caelo aquirebat. Quae est igitur gloriosior in vita felicitas quis ab illecebris mundi tutior locus quam inter patentia Salvatoris vulnera haec enim contra hostiles impetus asillum haec inexpugnabile virtutum palatium, quae in conflictu victoriam, in infirmitate salutem semper praebere solent. Patiatur unusquisque furore exardescentes contra innocentem fortem Demonis motus non commovebit illo anima dolore si stat intra limina sanguine conspersa Christi, urgeat quemque infamis persecutionis clamor, Cogitant contra periclitantem saepenumero hominis defectum mille mendatia lingva, non trepidabit erectus in Deo animus dum cruentos Christi sequitur vestigia, dum aperti lateris Divini ingreditur Domum. O homo verae fidei Professor, o Christiana Religio si Christi dici vis amica, quomodo Deum in vulneribus quaeris tuum si te miserrimam putas creaturam quomodo confugis ad creatorem. habet habet tot pericula orbis, habet mille hostes haec infelix hominum conversatio privat

multos

multos humana Societas Divina in vita prӕ-
sentia, privat et quidem ita privat, ut quis
quis hoc Incarnati neci ab hostibus addictus
quis quis latiorem cupiditate fortunӕ quӕ-
rit vitam, acerbam reperit mortem.
Non ne ocurrit aspectui nostro illud Soli-
citarum apium quotidianum studium, imo ipsi
volventium fluminum cursus nonne nobis
proferunt documentum, cum illas mellifluas
volucres, quamvis tonantis et murmurantis
cœli affligit strepitus, quamvis interdecu-
manos imbrium sese vident fluctus, tamen
ad suavissimum collimant alveare, Illa vero
incessabilis Nimpharum cura, non tantum ad
ortum solis, non tantum meridionali luce
imo Sydereum intuens Cœlum lacteâ ad maris
centrum contendit. Sed absit illa reptilium
elementorumq probabilitas clariora quia di-
viniora habemus documenta. Scivit Sanctus
Bernardus quӕ propter electos suos paravit
Deus cum dixit a Divino hoc pascamur vulnere
scivit Sanctus Ignatius quam suavis vita in cubiculo
vulnerum Christi abscondabor nonne exempla-
rem intuemur vitam pij sacerdotis Sti Francisci de
Castro, qui gustata vulnerum Christi suavitate hisce
solummodo expressit verbis In corde Jesu intimo re-
periamur Satis est per exempla credere veritati
sed magis habenda fides si testimonium obcӕcatӕ
proferts

profert menti perhibuit illud Divinissimus Bernardinus cum dixit Inspicite vulnera pendentis, sanguinem morientis, pretium redimentis, caput habet inclinatum ad osculandum cor apertum ad diligendum brachia extensa ad amplexandum, Totus proinde figat in corde qui totus pro nobis fixus est in Cruce. Confirmat non inanè commendatam a Sancto Bernardo Veritatem Cardinalis Hugo dicens;

Fossa parit tellus optato tempore fructus
Fossa caro Christi Cælica regna dabit.

Sed eheu qua Christianorum fides, qua spes, quis amor, si Electi Dei vocamur cur abnegamus saltim mente pati cum Christo si Imitatores cur fugimus a Cruce. Pateant ergo abhinc cum majori solatio vulnera Christi, quam in præterlapsa vita, et non alibi fidelibus fiat refugium nisi ad patientis Christi signa

Chria activa supra illud Esopi factum quod jussus optimos quoque cibos apparare ad convivium, qui non alia præter linguas in mensa exposuit fercula

Famam an infamiam gemminare debeam gloriam an supplicium in istam turpissimam speciem hominis prædicabo? qui intuentibus sese horrorem, audientibus curiosam profert aurem pallescit in conspectu ejus facies, sed non stupet animus, monstrum præsentat natura, sed scrutatur viscera rerum mentis acies.

cum enim his dotibus abundat animus O! nomen Esopi O! Patriam Sapientis viri, quo honore, quo titulo digna es natio non est qui spectabilis gereret factum, qui ipso Esse clariorem monstret veritatem paravit ille sapientissimus magis fercula, exposuit in mensam linguas, et non alias præter has suavitates commendabat opus stantibus, qui ut pot scivit nihil esse melius quam recte loquendi nihil esse pejus ac perniciosius fallaci sermone audientium implere aures Non negat ipse Naturam des hominis si membra correspondent capiti, latant Anieli si rationi obedit voluntas, neque humana unquam subjacet crisi virtus. Illustre nomen habet justitia utpote dissoluto non loquitur ore, eminet gloria in universo quaqua late patet orbe temperantia cum moderata in verbis utitur jactura O prudentiam linguæ O suavitatem oris, nihil ad permovendos animos efficatius considerata lingua, nihil ad conciliandam pacem utilius paccato pectore, Perspectis dotibus virtutis enumeratis abstinentis Lingua fructibus, intueamur dissolutum animum quæ infelicitas perturbati animi, quod damnum fallaci sermonis, ? Lingua scelerum Princeps, Damnorum mater, Bellorum motivum, illa infinitos patrat clades illa seminat rixas, illa regnorum urbiumque incendium, non parcit ille furiosa gladius

Bum

Regibus ^n condonat^ provinciis condemnat religionem imo ipsum divini nominis laedit honorem o felicem vitam o gloriosum nomen si cor regit intellectu si lingua subjacet ingenio nemo sapientior nisi qui oculis aspectum lingua sermonem avido cordi illicitum prohibet affectum Testis est hujus veritatis eruditus Bias Philosophus, qui inter sapientes Graecos non postrema merito encomia ille petitus ab Amasi Egiptiarum rege ut ex ove quam ad se consulto miserat partem optimam pessimamq remitteret. unam tantum remisit linguam Confirmat ejusdem veritatis gestis Sallamon cum dicit mors et vita in manibus linguae, qui diligunt eam comedant fructus ejus Abit ergo in statum scientiam digna saeculorum judicio Principis ingeniorum Ezopi moderatio, qui ut diserto loquitur ore ita nimium dissolutae linguae asto moderatius loqui aut tacere jubet.

Elogium hortum Gieccemani ingresso Christo.

Erubescite fertiles rosis Himetti.

Omnium decorem induit hortus Gieccemani

Suscepto nasareno flore florentissimus

Immersus

BVM

Immensam ejus magnitudinem
Suspensi Semiramidis horti
Miremini.
Hanc plantam continet
Quam orbis capere haud poterat
Nemus hoc Dodonâ censeo divinius
Cum Deus in carne hospitem salutat.
Academo palmam præripit
Cum æternam aprehendit Sapientiam
Habent campi violas, Lætantur agri segetibus
Majori tamen gaudent gloriâ pometum
In quo nascitur frumentum
Electorum.
O! felicem Gieccemani horti culturam
O! diffusam per universum pomorum laudem
Fructum illum quem excidit homo
Ecce nunc plantavit Deus.

Elogium Christo Comprehenso

Novam amoris artem
Mirare orbis,
Ut nos Salvator hostili dextra eripiat
Inimicas manus incidit
Quem Cæli capere haud possunt
Interris comprehenditur.

o crudelem

Bom

Cujus passui grandem ponit obycem
Ingens fatum
Illustrissimi excellentissimi caroli de stotekacilowicze Darto castellani lublinensis
Capitanei Stezycensis
Exercituum Generalis majoris
Vita illius continuus pro bono publico labor fuerat.
hinc
In oblata curuli Senatoria
Modicissimam etiam quietem
non admisit.
Cum avita a sua exexit solium
descendit solum
Spectatis in terrestri labirintho ecclesia Palmis
suas pariter victrices
Caelesti intulit Paradiso
Dignitatem tantam ei populi dusalat
Sed fatorum invidia
negavit illi
Et licet antiquissimus simul ac patriae rerum cognitor
Non modo cognovit ex quatuor novissimis unum
Funde lachrimas in victa anima
Viator.

BVM

encomiasticæ

Salutatio celsissimi Tribunalis per objurgatione

Quorsum Magni terrarum arbitri, quorsum altiori passu flectitis, nostris potius elogijs vestro occurendus erat ingressui, quid statis quibus non in areopagi tantum subsellijs sedere sed primas etiam curules ocupare expedit. Quorsum grandi retefactorum molle ornati, quorsum tanta meritorum tanta meritorum stipati catervâ properatis, ad curiam autumo ad curiam augusta merita n' tam angusta exambiunt trophæa Demirari nequeo tantam celsissimorum nominum superis affinem demissionem. Causam si inquiram activos omnes actores recenseo, Citari nisi a Conjuratis Palatinatium affectibus judico. Ad curiam properatis quibus honor viam appiam ad dignitatis straverat capitolia, Themidis bilanci ponderanda imponitis merita, quæ tum Bellona ut Heroes in sago, Patriæ ut Licurgus et Cathones in toga, ipsis adæquavit astris. Gladio justitiæ vos accingitis, quæ bella? quæ Patriæ oppressio? Securam Judicarem Patriæ post Triumphum Christi. ast ita decuit ut semper vigiles Justitiæ custodes, Patriæ Defensores, Legis

Sutores Patria semper prono adoret poplite in curulibus fessos Joves pro justitia Auctores veneret. Ita decuit ut cum reassumpto vere tribunali in honorum efflorescatis violas et purpuras.

Encomium objurgativum insolentis studiosi.

Non alias praeterquam insolitas laudes studiosorum vendicat insolentia, si tamen laudari is meret qui nunquam mediret ad inepta effusus gaudia interim coeli omnino debet. utpote oriundus de Tribu Levi quem Israëlita tanquam sacerrimum reverebant. Laudari exigit Archimedes Alter, qui omnis insolentia metam et spheram ludendo pillâ exercet, hic etenim datô temporis spatiô orbem se movere promiserat, hic omnigena levitatis transgressus scopulum. Extinguendas nunquam meretur panegires sol insolenti cursu, unico dumtaxat motu gloriosus tantumque pondus invitâ omnium levitati praelucet. Linguis coeli celebrari cupit sydus erraticum insolentia, qua Phaëtontis more in perpetuam sui memoriam orbem accendet universum. — Allg. accurate.

Oratio Valedictoria R. Patri Praefecti Scholar.

O! tempora o mores quam flexibilis sortis speique vestra declaratio, cum fluctuanti inter fontes oratorios animo, vocem floridiorem vere, tenuilius gravius

cathonibus, Legem sanctiorem Cornelijs audire negastis, multis enim florentissima Mai serenitas explicat solatia nos etiam in recrianda animorum ~~scholaptate~~ utilitate præ ingenti arescimus dolore siquidem illum quem gratiarum muneratorem ejus nobis spem dederat liberalitas, illum quem præsidii scholastici cura versandum in ejusmodi Athæneo nobis faciebat omen, amittimus quo Athenæum regente nos quoq florimus. florimus itaq cui sub lilialea imperij ejus virga nunquam etiam inter brumales aquilonum tempestates tum in studiorum profectu tum tum in virtutum exercitio sentiebamus frigora. Interim justo infortunij nostri dolori justum imponit terminum vir tantæ authoritatis, tantæ justitiæ quo justior nemo Cum vero illuc felices moveat gressus ubi acrescet et scholarum authoritas et suavi dispositione omnia reflorescent studia o quam lætam nobis hujus ed[...] abscessus reliquit diem Montes Licurgici ~~quibus~~ meta sunt præfixi itineris quibus assurgens ad ipsum culmen emeritæ dignitates pergat proinde a Moto publici doloris obyce siquidem ad stabilienda studiorum et religionis destinatus solatia.

Oratio in honorem S: Ignatii

Plausum ne hodie an planctus Lessum an tripudia gemminare debeam cum In divinissimo Imitatore Christi Ignatio ruinam orbis et triamphum virtutis eminere censeo? Plausum sanè plausum imo non particularem sed festivos oratoriæ pennæ concentus gloriosissimus ille triumphator exigit qui et belli fragore universum peragratus orbem et virtutis studio ad divinam bonitatem agnoscendam innumerabiles coegit turbas, Nihil est in rerum natura infaustius, quam cum celeberrima clarissimorum heroum gesta omni ætatum obliterata tractu, nihil votis propositisque ducum infelicius, quam cum amplexata in universo qua late patet orbe fama simul cum vita perit. Non illam fortioris Athletæ triumphi posteritati spem ominarunt cum ita elogiorum in oratorijs campis carpit laureas ut in gradivi agro victrices colligebat messes. ita semper triumphus personat, ubi tinnitus ferri virtutem non plorat moriturum, rarum victoria colossum erigit ubi virtus lethalibus projecta casibus. vicit ille divinissimus Hector gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarum genere abundantes, sed tamen ea vincere quæ

et naturam et condicionem vincere possunt virtus singu=
lorum elogijs commendari digno parum est sane quod
in ejus proferrimus Laudes majus quid dicam siquidem
non solum de se ipso tulit victoriam verum etiam
orbem integrum fidei virtutisq coegit obedire Quis
tanti herois nomen summis Laudum non cele=
braret praeconijs qui et Patriae defendendae triumpha=
lem semper heroum declaravit sertum et divi=
ni honoris universo orbi proclamatorem commen=
davit eloquentiam si forte conscribi possent
oratoria penna heroica gesta si enumerari que=
ant virtutum mobilia mare pro atramento orbis
pro scrutatoribus non satis esset. Ne tamen pro
gloria tui decertans suada aliquam patiatur
stragem aut belli infelicem eventum, feres auxilia=
trices copias Heros omni major elogio. osten=
des plus ne armis an virtutis facundia trium=
phares, ut tandem arduum argumenti nodum
facilius resolvat veritas Gradivum in respon=
dendum citat, ordire felici authoritate Primeva
Heroum fortitudo, universos Imperij fines,
occupa, Lucine sinum imple ~~honoribus~~ fascias
et amplissimis olim praelude fascibus, tibi
se

se submittant curules, Limites augustissimæ Do=
mus tuæ tinge murice, dubiam tamen senten=
tiam ferunt omina de celeberrimo exitu et ex=
cellentia illius triumphi, qui sine vibrato in ædes
Mavortis telo, subtiliq ingenij acumine ac ubivis
virtutis armis erudita Pallade gloriosior esse sperat.
Ergone potest apellari perfecta triumphi feli=
citas cui facundæ Linguæ arma non supplent
vices, cui necessaria pietatis rudimenta dene=
gavit natura pretiosissimæ verò scientiarum
cum probitate connexæ artes avitas majorum
suorum adornant immagines suorum acumi=
num viribus itatenent metam ut adversæ par=
tes antesignano protinus timent prævenire passu
ita in Limine plus quam Herculei existit roboris,
ut Imperij extremi fines semper spectat fugatos.
tantas deniq meret Laudes ut orbis in elogia=
tem calamum haut influère possit Atlan=
teos quidem Dui porrigit humeros ens primæ
fortitudinis, sed alterius efficacem modum ex=
tandi ubiq ostendit periculi. Proch quantam
calamitatem illi sustinere queunt, qui et Athlan=
teo in armis robore et Pietatis Palladisq

privant egide Verius in se exhibuit haut dignus Imperii Romani Imperator Heliogabalus, qui comitatus longissimô sedissimoq; sociarum dumtaxat mulierum senatu vehebat non in subsidium sed in ruinam rei publicæ Non dissimilem Tamerlanus triumphi sui retulit laudem qui dum equum conscendere voluerat Baiazete Turcarum Principe captivo pro scabello ~~utebat~~, sed interfectus ipse scabellumq pedum habitus. Glorior longe victoria Divinissimi Logolæ non armis solum sed ingenij etiam ~~alie~~ atq virtutis propugnaculo triumphantis. Quantum attinet ad heroicos ipsius labores vix prætextam exuit ætatem sagum induit, ut immensæ stolam gloriæ sibi suæq prosapiæ compararet Ita aplicatus militiæ ut omnia peregit quæ sunt propria non tantum heroïs sed ducis etiam strenuissimi tanto equidem conflig ebat robore fidei ac prudentiæ ut quasi pro lacte medullas Leonum cum Achille sugieret. tanto bellandi pro Christo ardebat ~~ardore~~ votô et prudentiâ veluti eum ipse Mars genuisset Pallade

galle

galleata matre. Maximus interea bellandi ardor enituit illo tempore cum Ignatius urbem Pampelonam Regni Navarræ Metropolim contra Gallos propugnaret ubi quantum pro Patria obstitit documento est pes Læsus fragmento muri tormentis bellicis concussi; quem frangi potius quam pura Hispaniæ violari contendebat. Illa est inter humanos mores maxima charitatis virtus, ut quis quis alienæ salutis diligentem habet curam proprii periculi sæpe numero experit eventum quis pro bono Patriæ ardenter agreditur hostem utilissimam sanitatem vitæ in ruinam declarare paratus Non negat divis proxima virtus propter solidum amicitiæ fœdus manus flectendas Laboribus, pedes fatigandos inconsueto gressu immo totum se homo ardens amore proximi periculo subicit quia nulla in rebus vera potest dici charitas quæ de proprio conatu proximi careat adsumento Quis ergo tam heroica Zelatorum increpabit vota cum si Labores erudita in Ignatio explicaverimus nil nisi multiplices ipsius triumphos

Laureasq doctorales ingenti aquisitas conatu declarabunt Completo autem trigesimo tertio annorum decursu grammaticæ studio dedit operam in qua tantam uno anno ostendit activitatem ut in humanioribus non minora posuerit merita promotus itaq ad Philosophiam, ita gloriose decertavit ut non ~~non~~ solum Philosophiam sed Theologicam etiam Lauream proclamatus Parisijs Doctor obtineret, imo assumptis decem socijs omnibus Philosophiæ ac Theologiæ doctoribus studiorum instituit artem Primus scientiarum hactenus florentissimus author. ut vibrantia eruditæ Heroinæ scindo arma Contra omnes hostium machinas, contra teli jucturas contra pericula mortis, imo in ipsa bellica tormenta non modo intrepido corde verum adhuc audentiorem immineat pedem, superavit tandem omnes triumphos armorum scilicet et Ingenij victoria, qua mundum vicit Societatis Jesu Fundator Religiosissimus, in qua tam heroicis procato

arisq

arisq dimicavit virtutibus, ut triumphalem Sanctorum coronam mereret. Cum itaq rarissima inter humanos mores revocamus ad Lancem tanti herois gesta, quô nunc orationis genere ultimam propositi nostri perficiemus sententiam? fas est ut hoc pium dicendi munus, unde cepimus terminemus; Felicem procudubio Patriam quæ tantam primi ortus in Ignatio accendit flammam, quam funestius nunquam exarderet hostis non minorem dumtaxat fortunam occupasti Religio cū primâ Divini Infantis Luce universum resplendes orbem. Letare ergo et in festivos aplausus erga Divinum heroem inextinguibiles in pectore accende ignes.

Laus Nativitatis per Adiuncta. Supra hoc temma Deus nascit.

I więc że Bog wszechmogący ktory dzielnoscią wielowładnego Słowa swiat cały stworzył na trzech palcach zawiesił cały okrąg Ziemi przy Narodzeniu swoim mniey ano żny y w potencyi swoiey okryslony został. I więc że Bog niesmiertelny smiertelnoscią Ciała Ludzkiego łączy się Zycie, wieczne umiera dawca Zycia do okrzeptego

wstąpiła Grupa Duch szczyry Ciałem się stał gdzieszego
innego, Majestatu powaga, liczna asystencya, pańska
Kalwakata strzeżące boku warty iako naymożnieyszego
Monarchy gdzie okazałość, odgłos armat, pioruny iako
naystrasznieyszego Potentata gdzie purpury szkarłaty
paludamenta iako Pana nad Pany iakim Typem się dzieie
że natura odmienia naturę, żeby Bog z Ludźmi Cierpiącemi
Cierpi z umieraiącemi umiera przez unio hipostatyczna bar
dziey niż Gordyńskim węzłem łączy się y ktoś Ślicznej
twarzy malenkiey Dzieciny Boga Boski zawiera się ma
iestat w łzach niemowlęcych pioruny co za odmiana w zą
czątach wszechmocność za Niebieskie z gwiazd paludament
zamienione pieluszki żłobek za tron stayenka za pałac
liczna asystencya Jozef y Marya o iak mizernym
goszczących przyiemnią sercem. Co za miły powab stwór
ca do stworzenia. Swiatłość do Ciemności pan do sługi
przychodzi postać bierze zawinionego. Więźnia odkupił
więźnia y swobodę skrępowanego rozwiązuje wolnym niewinnym pa
nuiącym y owszem spół Dziedziciem tronu Ozdoby
1820

BVM

SERIES AMPLIFICATIONUM LATINARUM

Nemo educari deberet eremô, aut feroci nutriri Leopardum medulla, qui ab innata hominum alienus mansvetudine, humanô destitutus animô ferocium rapaciumq belluarum induerit naturam ipsis dumtaxat effrenatis tigribus proprium immoderatô non imponere frena furori, qui autem rationalem se censet creaturam semper vehementium passionum impetus moderari tenetur. Qui enimvero fructus non necessarios seminare disgustus? quid prodest tristi aspicere vultu sapenumero? illum tantum immoderatus fructum protuberat furor, ut cum detrimento honoris salutisq domestica multiplicentur dissensiones. Si tandem plenariam desideramus pacem, si nobis est dulcior humana quam bestiarum conversatio, si integritatem salutis et fama munimus omnium temeritatum abbreviatô impetu, vitam ducamus in mansvetudine spiritûs atq candido amore pacis.

Amplificatio hujus dicti Quodcunq optimus nobilissimum

Quid prodest decrepito majorum gloriari nomine, quid prodest fumosis magno exporrectis apparatu superbire imaginibus. imo quid ad Classicum exponere illius Prosapiæ

ope

olim ab extremo Rempublicam liberatam esse periculo; Ille in Campo Gradivi capitalem profligavit inimicum hic Othomanicæ Lunæ exacuato Achabe ambitiosa abscidit cornua, ita ut nunquam tumidum attollat supercilium; dum nos metipsos consimili privavit robore segnities. ille dum-taxat generoso nobiliq; sangine satus ille non leporini animi eximiaq; præditus virtute. Et quamvis aquilarum nido fortuna noctua concedet miracula aut in indomito Leonum antro timidus orie Lepus, tamen non comparabit famam, neque immortalem divulgabit gloriam n̄ domus tandem neq Prosapiæ antiquissitas sed annosa virtus hominem facit.

Amplificatio hujus dicti qui se servasse comperit non cadat animo etiam errores prosunt ad sanitt.

~~In eadem amplificatione imitatio in Elocutione~~

Necessaria et utilis est Magistri erroris in omni experientia incipientibus prima rudimenta sciendi artem, ignorantia rerum, quorum enimvero heroica virtus condignis cinxit capita Coronis ? quos primo præignota sibi magnitudine rerum non fregit pudore quibus infimus errandi modus nō fuit adjutor i O vos incautos, quos cautiores in vita, doctiores in morali exercitio labsus fecit erroris, vos nimirum in infelicitate felices, vestrum nemo est cui semel emen

data

vitia non essent multis exemplo. vobis esteri etiam hocce donum (avarant o! vos feliciores semper estote. hæc est innata rei ignota (qualitas ut quod semel fecit labor errore a mille post hæc periculis (præservavit. Nemo graviori defectu læsus desiit agendi in omnibus Argum utpote necdum in glacie labsus, et jam firmiorem petit figere pedem. exercenda imperitia rerum in sanctiori virtutum schola et scientia, et fortitudine, et omni caterarum probitatum decore florere declarat. Quid esset si nulla infirmitatis ratio, si nulla delicti temeritas laderet pectus frontemq sanam, quæ fortitudo, quæ vires, in nobis spectari possint, dubius ancepsq hæreret animus. Error proinde est virtutis studium, vitiorum emendatio, fragilitatis speculum. illum duntaxat offert eventum, ut qui cæco impetu sive in inconscientiæ abyssum, sive in periculum vitæ ruere debeamus, cautem deinde provideamus. Euge amice error cernimus utiq non tot quin plures Athenæos in extremam infamiæ corruere cladem sed ehen eo fortiores a terra surrexisse, quo graviore casu ruisse cernimus. Ldq Vald[β]

Propositiones versæ ex universali in Particularem.

Univer: Cui prima est de Deo cura omnia illi fluunt secunda

Par: Si majorem profectum certandi in arena scholastica cupis studiosa juventus, si altiorem gradum honoris in campo Gradivi expectas miles, Leone robustior

si victor hostium condignis coronari meritis si Rhe=
tor in campis oratorijs acuminum carpere rosas con=
tendis, cura ut prima semper tua cogitatio sit erga Deum
primam semper adhibuit curam Numinis Divinissimus
Franciscus Assisius cum omnia sprevit solius Dei ser=
vum se fatebat. sic Guido etc

Qui oblitus ~~est~~ sui videt, Deus maxime ejus recordat.

Inanus nostrum omnium labor, si vita omnia curamque ut sui
non obliviscamur, frustra sanguineo imbre mades
mercator frustra gasas congegas Dives si sic gudrij
fortunam ut se eum oblivisse farij non deest pauperi=
bus vivendi modus, nos deest egenis in vita cibus
imo quos mundus in contemptu habet Deus illorum
maxime recordat.

Jacta spem in Domino tuam et ipse te enutriet.

Quis quis Divino exarsit amore speique mentalis in
omni sorte Orator aureos astra imbres ad extin=
guendam declarant sitim

Ex affirmativa in negativam et econtra

Nemo solus vult esse malus semper colegam quaerit

Quaelibet malicia non tantum ipsa imbuit malo verum
etiam associatum sibi eadem lethali corrumpit labe

Cui nulla opus est adhortatione sufficit exemplum

Sufficient exemplorum motiva quos ipsa adhortatio

Non sentit onus quod libenter fertur pertinatia autem
sibi et aliis gravis tedium movet.

Si facilitatem in aquirenda doctrina cupis erudite

Palladij

Palladis pubes, heroico animo onera imposita ferre debes

Herba nisi statim tollantur illico se propagant, mala celerius multiplicantur.

Neque noxia herbarum propago celerimos malorum multiplicabit fructus, si statim e medio viridarij tolli curabis hortulane.

Amplificatio verborum hujus dicti Virtutes omnia possidet

Felicem vitæ sortem legit qui difficultatum vincula possibili frangit voluntate, hæc virtus ut pantera varitate odoris sylvestram atrocitatem ferarum moliri in quovis demonstrat loco, hæc virtus ut amica magnetis simpatia asperam solidamque ferri rigiditatem suis associandi semper declarat votis. Nulla elogialis commendationis perfectus in arte sua labor eget promotione, ubi gloriosa pietas ad captivationem suimultis injicit illicium. asperta laborantium manuis prona gravi dando opera in negotio admirationem pariunt spectatori, pectoris avida in multitudine faciendarum rerum alacritas, rapit non unum in sequellam, imo floridum virtutis agrum nemo intuebatur fructu privari. Illustrissimi forte solis naturam induit laboris perfectio, ignis sine alimento morientis aquisivit artem, ut Princeps astrorum sine radijs noctem, ut sine fumo ignis non consent ligna. sic gloriosa ~~cura~~ potestas, sine effectu honoris

BV.m

non habet virtutis nomen, in ~~virtute~~ modesta oris affabilitas, dulcis oculorum quies, moderatus singuli habitus temperies, dixim a porta cordis non interruptâ sustulit manu, quâ pectus etiam Athenad vese certius quam ulla machina valeat. efficatiorem itaq. vocem operis, quam oris inst quovis gesta sonat.

Amplificatio hujus sensus Laborare mortalibus necesse est ~~per definitionem~~ Immaginem

Docta quæ cooperantibus Superis fortunate inchoabimus otia sine assiduo labore transire nefas est. hunc nobis Conatum Celestis imponit Pater, qui usq. modo operat. hoc studium abæternus persvadet Filius dum exoptatam humani generis salutem non sine sanguineo sudore in medio terræ perficit, Hanc inspirat curam Divinus Spiritus, cujus gratia nostris actionibus constanter suffragat. Quod si sollicitos omnium Custodes, Aspiciemus numinis prosequimur, heu quam prompte suscepto funguntur officio, alius dexteritate summa machinam Calestem cohibet, ne fracto tandem illabat orbi, alius terrestrem globum circumagit ne proclivis ad lapsum suo aliquando centro excidat, alius procellas maris, alius ventorum impetus, alius imbrium grandinisq. motus componit

BVM

componit tempestates, omnes deniq falores principatus, O! mirum humilitatis prodigium Strenuam navant operam, ut unicuiq mortalium obsequatur. non cessant vigilare vagabundi ferarum, cum tot innumerabiles intuemur plantas, quod sustentanda vita continuis curis navant operam, scindunt aëra pennis suavi concentu volatilia coeli applaudentia ut plausibili cantu humano arrideant generi, non in otio pisces tantas sua mollitie suavitateq efficiunt epulas ut sine iis magnifica dapium apparatq nunquam existere possint. Videmus quam in sublunari terrarum ambitu singularis viventium circa officia sua eminet cura, cum sibillo serpentes, mugitu boves tinnitu melliflua apes non vitam solum sed vita necessaria media in suis proclamant conatibus, Quid dicam de elingui elementorum voce aqua quo citius ad designatum collimat finem eo clarius murmure suum proclamat eventum, terram motu ignem fumo nubes molestis imbribus quis non videat occupari, ne otio victa arescant, perorant candido labro ~~flores~~ Lilia arbores in incremento vitam in vita tanquam loquaces foliorum explicant linguas, nil profero de illustrissimo astrorum Principe qui incessabili volvendo motu

in universum qualate patet ~~orbem~~ ^BUM^ orbem spargit radios non commemoro Ætna Vesuvijq furorem qui nunquam lassatus tanta facinorum molle metuendas incolis semper solet proferre vices Quid mirum humanam inquirere in assidua Laboris voluntate felicitatem? si aurü ignis patiendo molestias clariorem praesentat faciem, si tormenta bellorum in recentiori existentia usu magis elucescat: verbo nemo felicior nemo fortunatior illo, qui assiduo laboris constanti conatu ad perfectionem omnia deducere studet. motivo igitur illo si altiorem honoris gradum, si laetiorem in assistentia fortuna petimus vitam, omni conatu incomparabili voluntate laborare, debemus. Lq Optime.

Laus S. Lucae Beatissimae Czestochoviensis pingentis p Concept.

Utinam pari eloquentia tuas exaremus panegiries, qua pulcherrimum praeciosissimae Dei Parentis imaginem ad prodigium depinxisti Luca Divinissime, pro penicilli praestantia sublimiorem mereris stylum pro tanto labore publica Oratorum encomia praeter picturam nobilissimum medicae artis dedisti specimen dum aegris omnibus praesentissimam in taumaturga icone medicinam obtulisti Apostolico honore praeditus Reginam Apostolorum expresseras, hinc conversus ad orbis toto

ad Mariam

Bom

~~ad majorem~~ ad Mariam tanquam universi refugium cum summa devotione confluit. nunquam adversas hiemes amore Deiparæ æstuans pertimebat Czędochovia cui sol justitiæ ad Lucæ Indigetis taurum ver continuum ad Virginis intaminatæ fulgorem æstatem declarat perpetuam. Apellis loco Evangelistam nacta pulchrior Diana Virgo, ut sicuti dispersum toto orbe audit Evangelium ita Imaginis prodigiosæ fama inclaresceret. Magnum præstat beneficium Nilus Ægypto cum effusa in aridam camporem molem tumentium aquarum gravitate uberiora proferunt frugum messoribus incrementa, majorem memorabilium munerum exhaurimus Nilus cum tantum prædicationis tuæ refocillati semine verumetiam vivo Imaginis te authore solamur Divinæ eruditionis discipulum esse censemus in orbe Lucam cum non industriæ tantæ ingenij sed miracula spectamus esse in Lucem prolata ita vivis adornasti coloribus gratiosam Czestochoviæ mensam ut si fas est alicui ad ejus convivia sacras petere vices nunquam famem pacientiam experit diem vivit in recenti memoria Christi novus Apelles qui non jam critico spectatori sed Cælesti oculo excellentiam suæ porrexit artis Miraris forte divinæ matris cultor tam Celeberrimæ vivæque Imaginis arti vivit certe non dubites in taumaturgæ pone Divinissimæ Virginis effigies maxime in illorum affectu quorum oratio processusque sibi fida non certa [illegible] fide

Amplificatio per definitiones hujus dicti omne peccatum deforme est.

Quid quid sordium orbis malignus habuit, tantam non creat mephitim, quantam alit anima peccatoris, frustra corpus vestit bysso et purpurâ, in cassum facies cerussa pingitur, si foeditas latet in anima, sepulchrum est potius interna plenum putredine. Anima imago Dei naturæ Divinæ particeps, per scelera fit monstrum quo nullum magis horendum parit Affrica, titio inferni diaboli manucipium, horror Angelis, abominatio Deo, O. mortales amaste lectissimam innocentis animæ pulchritudinem. Quid enimvero in spatioso terrarum ambitu mortalium palpebræ subjecit natura, quid majori pretio æstimari valeret, quid humano magis arridere posset palato, sola virtute? intemerato pudicitiæ candore nihil laudabilius, nihil ornatius, nihil delectabilius, intuere laudabilissimæ virtutis æstimator quæ et quanta ejus industria potestas,? deflige autem oculos scelerum miser amator, in fœdissimam animæ turpitudinem? intactus Angelicæ castimoniæ vigor in omni certamine plusquam Her

culeum valet robur, estq stimulq sanditatis, propugnaculum infractum contra innumerabiles adversitatum hostes, hominis inaestimabile decus, gloria demum sub sole Regina potentissima. Detestanda autem vitiorum deformitas, est vituperij in omni conatu mancipium mendaciorum proclivis parens, sollicitus negotiator inferni, apertis coelorum portis horrendum imponit obicem. Latamq ad aeternae perditionis sternit viam, a supremo denique Coeli terraeq creatore ad gehennae Rectorem in infinitam tradit servitutem.

Amplificatio hujus sensus. ambitio ubique dominatur.

Lq optime p[illegible] f[illegible] enumerationem.

Commune mundi malum ambitio a primis Parentibus divi dignitatem affectantibus ad nos usq traducta, hac si assentatoris alicujus elogio velut brachio fluctuat Deum bonum quam alte assurgit infelices vanitatis aucupes dici et habeti avent quod non sint. amant nimirum decipi ac in erroribus exultant, quanta haec caecitas a fumo gloriae causata quantum rotundius inflat orbis tanto ambitio intumescit, jubent sesquipedalibus titulis nominari Principes neque unum memorare licet quin omnes compellationes plurali attingant dicet ipsa inimica

parca

B VIII

parca extincto Illustrissimorum Magnatum splendore quam vanus sanguinis diffusi in varias mundi partes repraesentabat nomen dicet dicet imo etiam proditorem in rectefactis ostendet, quam fallaces gentilicia nonullorum tuba Lettheo orbi vocales fama reddiderant sonos, nemo est qui egrescenti animo suavissimos ingeniorum platiat applausus, nemo qui blandam tantum exagierationem votorum et pro nihilo tantum sibi ducat, imo si oculto ambitionis secleri publicus abest orator, abjecta mentis hac in re judex esse censet. Virorum capita quae vel eruditas Pallas cinxit daphne vel Bellona triumphalibus redimivit corymbis, nihil aliud sibi cogitando vaticinant vaticinando cogitant praeterquam in altiorem ambitionis extolli gradum, habet enimvero vacua fama suas alas quibus indigne occupatas Senatorum curules non in ruinam sed syderibus infert. mandat saepenumero viceregia potestas Tullijs imperant Ducum clavae assiduo arrogantiae praetextu Demostenis, innuunt divitum Cancellariorum Isocratis Cyneisque ac tot non tantum facundis sed etiam facundis voce spirituque prope divino viris, ne silentio indita sibi vocalissima vanitatis gloria in orbis Sarmatici

redd. Betaureb.

BOM

Amplificatio seu Laus Sancti Martini per thesim et hipotesim ex circumstantia liberalitatis.

Liberales plausus meret virtus profusa in egenos, non parca enimvero ore celebrari debet illa pietas quæ a corde excludit parsimoniam, utiq locuples celestis gratiæ aurum argentumq Deo nostris concredit manibus, ut easdem cum sole dispergamus novam misericordiæ lucem calamitosis deflerentes tenebris, utiq munificentissima Divini nominis providentia inexhaustum gratiarum fontem, humano concessit usui, ut urgentis paupertatis quotidiana necessitas hauriendum sine difficultate habeat consuetudinem, non e Divina facultate divitiæ ad tantam pervenere æstimationem, quæ de preclaris muneribus Christi de liberali piorum more in omni claudicant utilitate. Quid prodest mortua sine operibus ~~fides~~ fidelibus fides, quid humana sine humanitate vita, si sua confidendo voluptati, etiamquô clementi pectore ardere Christiana religio quâ liberali dextrâ erga amicum moveri inveterata charitas debet, ignava abbreviat tenacitate. Liberalitas equidem est in conspectu Majestatis Divinæ prima virtutis origo inter humanos mores non postremum exemplorum motivum, ipsis duntaxat irrationalibus animis benefactorem agens, illud est currentis monetæ officium illud est currentis motæ officium, ut quod penuria verum in ruinam miserit suamet industria et virtute reparandum

non negligat, et licet sub rosa omnia tenere auro omnia indidit natura, non parco igit ore resonare debet, ubi aut de Rei publicae necessitate, aut proximi clementia divina admonet Justitia. ex humo aurid fodimus, ut egestatem humanam sive redimendo captivos, sive ce[n]tonum saciando famem exsolvamus, Non aliam sibi vivendi sortem elegit Locupletissimus ille egentium pater, qui catechumenus adhuc sub sole existendo filius in illud erga proximum exarsit amorem ut non solum Liberalis in universum prodamotus Princeps verum etiam se extrema spoliavit veste ut nudas in nobis mores vestiendos arbitref. Martirij Nimirum laurea decoratus divinissimus in terris martinus utpote inter brumales aestus serena Charitatis gratia fronte adversa tulit. Lla. Diligentes

Amplificatio per similitudinem hujus sensus

Sermonis gratia est cuiq exoptanda.

Magnum naturae donum affabilitas quam si ea parcior negavit alicui, is arte conet illam obtinere. hae universalis est ad hominum animos clavis et magnes, qui omnes in sui affectu et sequellam trahit. ut enim ad amaeniorem solis intuitum ultro se aperiunt flores et corda pandunt, quas obtristem atrae noctis vultum concluserant, ita facile subit aliorum pectora qui vocis et vultus amaenitate se facit amabilem ut ad sereniorem veris blandientis diem tristi aspicientes vultu

vulta volucres, latiores in àëra proferunt penas, ut ad hilariorem Apollinis Cytharam fatigata infelici eventu nonullorum capita benigniorem experiunt ~~diem~~ horam, ita ad uberiorem eloquentiæ fontem, etiam impacatum Reipublicæ Mare tranquillitatis placabiliorē efficit suadam. Illi nobiliorum vocum proceres authoritate sua concomitant fortunam inexpugnabilia inimicorum sine ullo periculo negotio aggrediunt mœnia et licet demissa proponi solent auditoribus, suavi tamen exagierationis concentu serios devenimus eventus, nemo remorari potest, ubi exoptata omnibus mellifluii oris in aures non irruit dictio. neque iratus unquam sine effabili voce dulciq cordis affectu Deus flectit. neq vitiosus perfectiorem vitæ ascendit gradum, ubi stimulus benignæ suasionis hebetissimum ostendit oratorem. Victorem animorum proculdubio liberalem dicendi linguam sæpe videmus quæ ingenij assotiata comiti fortiori ictu in auditorum invadit aures. ergone otiosa mente oris gratiā adhibebimus, ergo illi gravitatis fatori aurium operā dare abstinebimq, abiit tanta votorum nostrorū desidies abiit tam inimica sortis nostra si fas est dicere parca, nō satis gaudere bonis fortunæ nisi

necessaria

necessaria affabilioris linguæ sanitas prosit, non satis in supremum honorum ascendisse gradus nisi exoptata cuiq prius dictio suis gestens ovatate

Amplificatio per dissimilitudinem istius scripturæ
Estote perfecti sicuti Pater Cælestis perfectus est.

Omnes quidem rationali anima Donati homines Cælesti assimilamur Numini sed non omnes hanc morum optimorum normam imitamur Pater Cælestis omni numero perfectionis absolutus credit ast plures vitiorum cifra dignitatem nostram annihilant, Pater incomparabili sanctitate nititur, terreni autem filii in scelera millena degenerant. Pater tere sanctissime justus quibus pœnam ferendam adnotavit amplissimum beneficiorum præstitit gratiam, nos autem obligatione misericordiæ moniti in severiorem pœnarum mutamur voluntate in Sanctissima Eucharistia latentis Christi immensum gratiarum haurimus mare abjectæ mentis homo unicam faventi corde creatori suo ab oculis lachrymarum abnegat guttam. generis humani incomprehensibilis author millenos homini utilioris itæ adinventi modos, nos autem aquirendæ virtutis unius obliviscimur rationis O! miram et incomprehensibilem Moderatoris nostri Sapientiam hæc

humanitate montes, loquendi modo aurum, radiis donavit Illustrissimus Astrorum Principem imo flere Cælos magni æstimandos fecit fluviorum arenas O! miseram et omnibus privatam dotibus hominis conditionem hæc ignorantiâ mentem avaritiâ oculos superbia capuit promptissimus in omne in omne fecit nefas, Pretiosus homo sed illius pretium a collecto auri derivat, Dives deus sed illius substantia Cræsum opibus vincit Beatus illustris, sed illius beatitudo simul cum vita transit derelictus Dei filius sed illius contemptus non fastuoso rejectus oculo.

Laus Paupertatis per Contraria

Aliud est videri divitem aliud esse, non crumenâ sed animo opes metiuntur, rerum opulentiam non opinio facit sed conscientia, non alienum Judicium sed proprium, dives est qui satis habet, non est pauper qui caret sed qui eget, nec omnis eget qui caret, sed qui desiderat, si desiderijs frena laxas quantumcunq opum affluat pauper eris. si eadem stringes quidquid defecerit satis habebis sequere

si licet beatum qui purpura et bysso induebatur sed in foelicem spre=
lanem si vero derelictum inter servorum obsequia
non imitaberis Lasarum aberrabis a via justo=
rum dives enim paupertas cui anim alia in ser=
vitutem stercus in apparentiam se se offerunt
pauper auri argentiq proles, cum eandem
abnegat coeli existimando illudit infernus,
et quod famellico in virtute pro satis ad plau=
stum unicus ~~societ~~ Cereris ~~amicitia~~ littus in=
satiabili Mida aureus totus non sufficit orbis, non
semper sitibunda egestas vidimus quam multos
non unius fortunae exul, Lachrimarum dissipa=
vit uniones et licet urgente pressus inopia labo=
rare tamen hiatu avido non habet in ure. Quis
dubitabit comunem virtutis esse et benum
honestam pauperitatem illa victor inferni
sine armis illa illustrissimus regnorum Prin=
ceps sine omni mundi apparatu haec obe=
diendo regit regendo famulatur haec
mendicato pane liberalis delicijs fruendo
misera patiq adsuc egena.

Elogium Christo alapam patienti
Memnonem hodie agit.
Quid tam profanum scelus
Silentio premit.
Etenim brevissimi in verbo Dei hominis
Facies caditur.
quare
Disertiorem linguam exhibite
Tullij.
Cum Christo coacta
Imponitur retinentia
Vos saltim
Hoc et hoc non parcis dictis vulgate
Nam patiens alapam Jesus
Omnino silere debet
O quam mutam exhibet scenam
Deus in verbo perorans.
Quis causa requiris?
Clara peccata tui
Unde
Erubescite quecunq hominum creaturæ
Dum multiloquijs vestris
Nunc Christo Colaphus infringitur.
Ach quis tam nefandæ
audatiæ perpetrat?

~~Elogium Illmo Joanni Sturewski Verillifero Culmensi pie in año 1750 defuncto.~~

Improbus Heros
Qui ideo colaphizat Christum
Ut abscondita sentiat.
Sed cohibe violentam manum
Rudior Bestia miles
Nonne in aperto omnia ignota tenes
Ecce Deus in Corpore adstat
e cujus facie plura legisses
Nisi tirannide hanc obfusclasses
Jam tandem patiaris hanc caecitatem
Quod lucem vivam haud videbis
~~Vo~~ Vos o'mortales cernite Jesum
Tam dire colaphizatum
Quo viso forte levamen pium
Ut tandem
Hancce omnibus demonstrem faciem
Quare nunc percutientem
Intime ampledemini

Inscriptio in aram restauratam B Virginis

Adeste cultores Virginei
Novum innovata affectus exemplum
Ergo Deiparam
Omnia antiqui Veteratoris fraude Literam
Inaltari

In altari restaurato visum
Adeste
Cæli candidati
En patet. præsens altare cælum
Maria
Cui colorem hunc posuistis
Reginæ Cæli
Ergo vos semper hujus coloris merces spectabit
Tandem videte
Amoris vestri splendens metallum
Sine labe conceptæ merito accomodatum
Quod donum præstat
Ut vos Domina splendescere discet
Adstantes vero
Altari vivæ Mariæ picto
Non picta semper eidem Monstrate corda
Ast.
Pios totidem cultus præbete
Quod gratiarum de mari guttas haurite
Sodales Mariani
Epitaphium Illustrissimo Palatino Sandomiriensi.
Non tam Lachrymas sæculis enim deplorandum
occurrit fatum

BVM

Gratiosus nomine imo re ipsa munificentissimus Joannes
Anno scilicet indicti Jubilei
Postquam aurea Roma ~~indicta~~ aperta est porta
Vitam clausit.
Vox clamantis in stuba Senatoria
Et quidem vox proficua desertæ Patriæ
Jam modicum maximo omnium luctu sub tumulo silet.
Illa Patriæ ascia
Quæ hostibus nostræ libertatis ad supplicia
Unicum fuit instrumentum
Mortifera rubigine conteritur.
Hic
qui Illustrissimi Palatinatus
Miriensis caso.
Singulare addebat Lumen
In crassas mortis Cimereas
Occubuit clarissimæ solis Podoliæ splendor.
Lugubrem hodie ecclipsim patit.
Ipse tandem
Qui diligentissime Polonum caverat exercitum
Incautæ libitinæ in spolium cessit.
Purpuratam ad extremum sagacis boni Publici

Publici Senatoris togam
Jam ecce tinea mortis corrodit.
Quare
Amabili Pater Patriæ
Lachrymas parentandum
Ut vestra tui gratitudo
Orbi innotescat.

~~Epitaphium~~ Elogium Illustrissimo Joanni Dłużewski Vexilifero culmensi pie in año 1750 defuncto

Sentisne surda Mausolei vetustas
Sentis jactabunda perniciei Mater
Quanta in te inspeximus vincula
Dedisti in ruinam multos
Atq ipsa
Occidendo cadis perimendo peris
Loquere o elingue marmor
Enarra gravida progenie hominum humus
Quod illustrissimorum nominum gentilicias rosas
Quod purpuratos flores
avulsisti!
En terræ Matris charitatem Nihil aliud nisi facinus iniquum.
Necdum mentem volvere incipio proch Superi
Mærore

afligit animus
Funesta sagitta penetrat pectus
O felicem sub avita cruce ~~de~~ pie defuncti Joannis vitam.
Ferrum illud gentilicia Domus
quo sustinere debuit totius Reipublica molles
Solea
qua non minori virtutes astimabat pretio
nunc fatali confracta casu.
Quapropter viator clementissime
Asside
Hujus tumuli pracursor.
Poterisne ferre tam grandem
facundissimi juvenis jacturam
Cujus,
Non pridem in oculis pudor
In ore verecundia fere toti mundo
Et tibi nota fuit.
Scande felix Iter
Et uberrimas in ejusmodi fatum
funde Lachrimas.

Objurgatio Encomiastica S. Casimiri se se Mortificatis.

Saevis in artus innocuos Principis Tyranne Corporis Casimire utinam crudelitatem hanc pluresque exerceant, qui Deum

alij

alijs imperant suis passionibus delicatius obsequuntur, quae dextrae flagellantis temeritas, regales artus flagitio omni liberos quae catenis ferreis quae fustibus mancipari interim se veritas haec omni praedominantium cupiditatum potestate gloriosior, auream libertatem cordis exhibens ferrea devotorum superis mancipiorum insignia, quid agis clemens crudelitatis inclementia? quid corporis hostis animae amice cadis hominem, tantamne rex invictissime possedisti gloriam, ut vilissimi hominis indutus personam flonte geris mores quid est cruentis verberibus eminere vulnera recentiora? quid duriori somno humi prostratos debilitati ~~pro~~ stradere artus quid noctes in dies quid quietem in laborem mutare. O! prodigiosam in scelere virtutem? Ecce tumentia martyri~~am~~ sanguine fulmina patientis exundat aciem, illic fama et intermixtis parat convivium, addit ignibus ignes sanctioris tyrannidis author, dum ferventi animo poli expugnandi gratia gelidus adstat ostijs. O! superbiam innocuam fortissimo animo ad extremum humilitatis gradum sese devolventem, non alia pro tam pio lusu te divinissime mancipiorum socer sequitur poena nisi incarcerata libertas. Casimire captive Caeli

Bom

mancipium Mariæ, progenies verè patientis Christi quomodo incarceratæ ~~sorunt~~ suave Christi portabis jugum cum te neq inclementia mundi neq justitia ~~mundi~~ Poli illis dissolvat catenis. Illusit fortuna regem cui in supremo posito honore Ducem æternæ dedit servituti O prodigiosum Casimiri Mancipatum, O mirandum sub specie sceleris sanctimoniam nos vero quousq nefandi sceleris authores abutemur patientiâ Dei, quousq nomine Christiani, re vero Luminis Patrem absorbebimus vereamur ne cum virtute nostra deiciamur in orcum.

BVM

Compendium Scholastici Laboris

Amplificatio ~~supra illu sensum~~ cujus sensus Candida pax homines trux decet ira feras.

Musiałby by bydź w Nemeyskich wychowany puszczach, albo ziadłych karmić się mlekiem lampartów, ktoby wrodzoney zapomniawszy łaskawości, ludzkiey odstąpiwszy natury, dzikich y gniewliwych naśladował bestyi, samym to tylko nieugłaskanym Tygrysom przyzwita własność, za iadowitym udawać się gniewem, kto iednak rozumnym się bydź mieni, zawsze popędliwe miarkować passye powinien. Nacoż się albowiem przyda w niepotrzebnie z drugiemi zachodzić niechęć, zaco posępne częstokroć pokazywać czoło, że tylko szkodzić niepomiarkowana przynosi zapalczywość, że złymy honoru y zdrowia domowych przyczyną nia niezgod. Jeżeli tedy zupełnego pragniemy uspokoienia, ieżeli nam milsza z Ludźmi niż z bestyami komitywa, ieżeli całości zdrowia y sławy przestrzegamy płoche uskromiwszy impety żyimy w cichości Ducha y pokoiu..

Amplificatio hujus dicti quodcunque optimum nobilissimum.

Coż potym dawnych Antenatow zaszczycać się Imieniem, co potym dziadow y pradziadow rzędem postawione prezentować obrazy, na co publicznie głosić że ten przodek z ostatniego niebespieczeństwa oswobodził, ow na Marsowym placu głownego zniosł nieprzyiaciela, inny Otomanskiemu Xiężycowi tak dobrze walecznym przytarł rogi orężem że iuż dumney nie podnieś głowy; kiedy w nas samych podobney niemasz dzielności, to miłło szlachcie to dobry y cnotliwy, chociaż się w orlim gniazdzie urodzi sowa nocna, albo w Lwiey iaskini boiazliwy wypielegnuie zaięc, przecież mieysca nie zaleci, ani mu wielkopomney niey doda sławy. Nie domu ktoy lub familij starożytność, ale doyzała cnota Ludzmi czyni. —— Ła.

Amplificatio simul et Imitatio in inventione — commendans Virtutes

Rostropna y chwalebna przy wszelkim bespieczeństwie pod protekcyą Boską cnoty całość na każdym mieyscu z ludzmi zabieraiąca znaiomość, nieznaiąc na nieprzystoyney przyiaźni, iak prętko w swoim kogo towarzystwie uyrzy, niewypowiedziany ku niemu oswiadczaiąc affekt, wita, mile przyimuie, y we

na usługę y ~~sługę~~ strażo cudzego ~~zdrowia~~ dobra swoie
całe offiarowała życie, cud to był osobliwszy, poli-
czony w poczet bez końca rachuby tak dla zbawienia
pracować ludzkiego, że nietylko wszelkie staranie, ale
y zdrowie łożyć, ~~dopieroż~~, dopieroż cud osobliwszy utra-
ciwszy zdrowie, troskliwe mieć około bliźniego serce
z natury prawda swoiey wszelka niemoc czyni ludzi
leniwszymi y wcale niesposobnymi do pracy, ale gdzie
z excepcyą życia y względem na Boga do swych
się prac bierze człowiek, tam nieznaioma boleści oka-
zya, nieuprzykrzona dolegliwości cierpliwość, niestoi
ten o przeszkadzaiące trudności, komu fortuna służy
y szczęście zbawienia, prawdziwa pilność około do-
bra pospolitego w poprawie obyczaiów niedba na
utratę honoru, niedba na utratę fortuny niedba
mowie na utratę miłego zdrowia, ale y samo gotowa

toczyc życie, bo ten iest prawdziwey miłości Boga y bliźniego dokument, że chocby szczętu zniszczyc y zruynowac siebie byle y na krok nie odstąpic bliźniego, niedesperuie dla utraconego szczęścia Niebieski fortunat, bo mu samo nieszczęście zwykło bywac pociechą, nieustaie wswey dolegliwości z Bogiem złączony pacyent, bo ma podietych ran dla Nieba wszystkie dolegaiące znaki skutecznym są lekarstwem, ale ktożby kiedy w tak niebespieczno zdrowia y życia odważył puscic drogę, kto dla czci bliźniego sobie honor y sławę odiąc pozwolił, kto dla usługi cudzey sobie gotów wzdrowiu ponosic szkodę, wiednym to tylko Regis świętym nieprzeliczony znak iak kontrefekt wszystkich iak w zwierciedle reprezentuie miłości Boga y bliźniego, który iednymże torem do zamierzonego sobie dąży aż do konca tak wnienaruszonym zdrowiu, iako y po niespodzianym złomaney nogi przypadku lubo gwałt cierpiała y wielką dolegliwość ciała natura, ale stateczny w przedsięwzięciach swoich świętego Apostoła umysł. Kiedy się tu przeyrzało

w powinnosci urzędu swego wszyscy Boga do Ludzi posłowie z iaką stałecznoscią assekurowano Niebu wypełniaią usługę, lekki albowiem ciężar słodkie do ustawiczney iarzmo pracy, ale tylko temu, kto bez żadney sobie w przykrosciach folgi, gotow dla zbawienia cudzego wszelkie ponosic trudnosci. Co prozne są kaznodzieyskie ambony, iezeli nie niewolnicze Parafy y wiezy, w ktorych im kto sobie na dłuzszy czas obierze mieszkanie, tym krotsze przyzwutlonym zdrowiu y starganych siłach, na swiecie życie. Wielezsię tych wiekow takich znalesc może zelantow ktorzyby dla Chrystusa dobrowolnie cierpieli niewolę, z Dyogenesa trzebaby szukac pochodnią do tego. Zawzięta złosc Ludzka teraz nawet y samych przyprowadziła Duchownych niedbalstwa, że nie tylko dla pozysku bliżniego boią się wyciągnąc nogi ale z mieysca ruszyc nie chcą. Bałk nieodstępnie od założonego przy stworzeniu natury terminu niewinne ptaki, ktore dla utrzymania Ludzkiego zdrowia y życia same się dobrowolnie na smierc pod ostre dalą postrzały, cóż mowie o wystawionych

odu Ludzkiemu swiecach, ktore aby drugim pożyt-
kuiąco uyswiadczyli dawke same od siebie nisz-
czą y na ostatnią przychodzą zgube Taiest albo-
wiem prawdziwey miłosci figura, nietylko za-
dnego dla siebie nie upatrowac pożytku, drugim
dobrze swiadczyc, ale iescze y swiego dla ca-
łego dobra tracic stozsaia [illegible], staie
[illegible] tu na oczywiste swiadectwo w takowych
trafunkach o[illegible] starozakonny Patryarcha Rze-
czpolitanski zwyciezca Abraham swięty, ktory
za zysk sobie nic niepoczytał, to z rownego
pilnego starania mowiąc: da mihi animas caetera
tolle tibi podobnymże sposobem francuski
Apostoł potwierdza prawde, ktory niedbał na
Bogactwa niedbał na honory y wszystkie prec-
minencye swiata, y owszem samo nata iedynie
łożysł zdrowie y zycie, aby z dusz Ludzkich kie-
bys uczynił profit. Zupełniey te prawde umo-
cnił osobliwszy dusz Ludzkich obronca Paweł
swięty, ktory niegdys ama ad Corynthios decima
ztemi odezwał się słowy non quaero quod mihi
utile

utile sed quod multis ut salvi fiant z kąd na innym mieyscu iakoby na Dobitkę Litera swięta mowi prima ad Corinthios 9.22 Factus sum infirmus infirmis ut infirmos Lucrifacerem ale przywiodszy na pomoc tylu dowodow Zastepiony Konwinkuiącym rozum y Zaięto w Swey Woli wolą poddamy do oczywistszych Zywia Sst: Panskich przykładow nie iest Zeto istotny surowosci słow y przykładow Zacętrzony w Zgnusniałe serce Ludzkie bodziec, w Zyciu Indyiskiego Apostoła wykonterfektowany. w Zyciu Xawerego swiętego, ktory w nieznosnych Zostaiący boleściach, Za Zerdem własnego Zdrowia y Zycia, gdy do chorego ani iść ani iechac niemogł, tak dobrze do Konia przywiązać się odwazył, że go kon na mieysce nalezyte Zaciągnoł. coz mowic o niezliczonych innych Swiętych męczennikow przykładach Z ktorych iedni od Tyranow Zucietymi nogami rąk y uszu pozbywszy y nosa nieustannie na przepowiadanie takiego przed narodami Zbawiciela Imienia dość sławny y chwalebny po sobie Zostawił Indygenat polski przykład Złotogoleczyka Imiennikom

ktory aby był wodza swego od niewoli wybawił
wiednymże z nim zostaiący wyzieniu y kaydanach
sobie noge urznowszy bespieczno uciekaiącemu
uczynił droge, podobniez y swięty Franciszek
w stylu przepowiadania niebespieczno podey-
muiące droge, ktory iuż nie dla faworow Pan-
skiey ~~Duszkiey~~ Duszki y doczesney nadgrody
iadźiey, szwankuiąco musiał cierpieć noge kie-
dy nie tylko Panow y wielkich Dobrodzieiow
z szatanskiego uwalniał więzienia ale y nay-
pro[illegible]szych ludzi grzesznikow z piekielnych
rozwiązuiąc kaydan przy własney nie ostatsię
nodze O. gdyby teraz taka panowała wsercach
ludzkich ku bliźniemu miłość szczęśliwszy mi-
by się teraznieysze mogły nazwać wieki, niech
że od tąd ta nieludzka wsercach naszych
Boga y bliźniego miłość iuż więcey nie zna
mieszkania, a tak umieraiąc dla miłości bli-
źniego zyć będziem z Bogiem na wieki Amen

HISTORIA SACRA

1ma Quæstio passim obijcit quid fuit cum mundus non fuit? Quæstioni isti non meis sed Principis Oratorum Tertuliani verbis satisfacio Inquit ille: ante omnia erat Deus solus ipse sibi et mundus et locus et omnia. Iam Mundus juxta S. Ambrosium et Gregorium Nazianzenum adveris initium prima habuit Exordia in Mart. Confirmat veritatem eandem Poëtarum Princeps, qui Georgica secunda inquid B. Ad. f. 6ta creatur feria 6ta expul: e Parad:so.

Non alilos prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies aliumve habuisse tenorem.
Crediderim ver illud erat ver magnus agebat
Orbis et Hibernis parcebant flatibus Euri.

Primus hominum lucem vidit Adam, in illius Ethimo 4or Orbis Partes expressas asserit Emmanuel Thesaurus per literam A. Intelligens Asiam quæ Græcè dicit Anatoli per Literam D. Intelligens Europam, quæ græcè dicit Disis per secundum A Intelligit Affricam, quæ græce dicit Arcton per Literam M: Intelligit Americam quæ græce apellat. Mesambriam. Quâ autem die facta sit hæc erectio? controvertit juxta plures tamen die

~~25ta~~

25ta Martij qui juxta catholicos erat Dominicus creati sunt angeli et cœlum Empireum terra praeterea lux et tenebrae 26 die positum est firmamentum Cœli diz visitq Deus aquas ab aquis 27ma apparuit terra arida centumq ejus è Diametro autem paradisus circa Mesopotamiae fines in ijs Regionibus quas Tigris et Euphrates praeterlabuntur 28va Die creatus est sol qui juxta Patrem Galtruchium magnitudinem globi terrestris plus quam centies sexagesies sexies excedit lunae quae globo terrestri minor est quadragesies stellae primae magnitudinis quae centies septies majores sunt globo terrae Die 29 producti sunt pisces aves. 30ma Die creata animalia tandem homo sub cujus pedibus omnia Deus projecit quae creaverat ministrando dumtaxat illud ab ipsis Angelis 7mo die juxta scripturam. Sabbato requievit Deus a labore suo. Idem homo ex limo terrae rubrae damascenae formatus postquam vetitum praegustasset malum omnium in orbe malorum author extitit si enim subtili Scoto fidem concedimus. Die 30ma Martij si Saliano plures Doctores citanti octavo a sua productione die, nempe 5ta 2dae mundi hebdomadae expulsus est è paradiso. postquam numen n. coluit terram colere incepit in sudore vultus quotidiano vescebatur pane: hinc nutriri n.

debent

debent cum longiora alunt otia. Fatigatum pueris Parentem secuta posteritas omnes siquidem non alium laborem nisi manuum suarum manducarunt. Jubal proinde Cibos arte quærens invenit musicam. Jubalcaim ferrum et arma ut si quem forte ferri durities offenderet, Musicæ suavitas leniret. Noema mulier Lanificium commenta Q. Et Bellorum quis author? Primæva fratrum discordia, nam Caim circa annum ætatis suæ centesimum grandi in natu minorem exarsit odio. Hoc tamen 30 annis latuit sub doloso cinere, donec in apertum erupit incendium fraterno sanguine extinguendum. Offensus etenim Abeli Caim ob unum alterumve gratius acceptum sacrificium innocuam fato immolavit victimam. Instrumentum Cædis gladium censet Chrisostomus, falcem Ireneus, Surculum Prudentius ali rusticam furcam quæ ad manus fuit Caina perditam fratricidij audaciam secuta desperatio, cum diceret major est iniquitas mea quam ut veniam merear desperationis successu inconsulta temeritas dum inquirenti de Abele Deo respondit impaciens: Nunquid custos fratris mei sum ego. Temeritatem comitatus timor non aliud enim posuit Dominus Caino signum, nisi Saliano teste totius tremorem corporis. trepidavit audax ut istis nutibus a quovis scelere absterreret mortales posterisque

horrorem

horrorem peccati incuteret. Ut vero timidus lateret securius civitatem condidit, quæ a filio Caini Enochia nomen sortita. Ast etiam, inter urbis abdita scelus conditum justa invenit pœna, cum enim sedens in terra Cain pro fera haberet, casu a Lamecho occisus cecidit sedentem itaq; quia in via iniquitatis lassatum facilè mors prostravit qui fraternum Tirannus sanguinem per manus ab nepotis proprium refudit, violentas meruit sentire manus primus naturæ legis violator. Prostrato fatis Caino surrexerant gigantes, quorum sublimem nequitiam procerum denotabat corpus, quos enim Virgilius abietibus Juvenes Patrijs et montibus æquat. Prædictæ itaq; turres carneæ n jaculis oppugnabant superos sed piaculis. unde fabula Gigantum traxit, Originem. Extincto igit fatis adamô año vitæ nongentesimo 30mo Mortua mortalium matre Eva año vitæ nongentesimo quadragesimo cum filij hominum filios Dej superbè contemnerent vindex innocentiæ experti numen. Iratus etenim Deus effusos in scelus sicut aquam undis delere constituit. Interimo offensi etiam Dej patuit clementia ad centum viginti años delinquenti mundo pœnitentiam concessit, sed eheu quæ scelerum tunc fluit

pertinentia

pertinentia qua peccantium multitudo n' diligenti manu
mittent tunc erant fulmina mittenda quâcunq caderent in
scelestum casura tantum proinde ferventis culpæ in-
cendio magno totius orbis extinctum, diluvio felix
hac in parte censet Matusalem qui año ætatis suæ
nongentesimo sexagesimo nono quâ omnes fere mor-
tales superavit 7m diebus ante prædictam tempe-
statem extremum diem obyt felicior Enochus, qui
peractis in terra trecentis sexaginta annis in altio-
ras paradisioras translatus ut e sublimi abje-
ctam naufragantium sortem securus cerneret.
Felicissimus tandem Enomus Lamethi ex Setho
nati filius qui anno vitæ quingentesimo obse-
cundans protefabro Numini cedrinam extru-
xit arcam in qua medias inter procellas superstes
incolumem hausit vitam tota fabricæ molles
in circumferentia fuit cubitorum ~~quadringentos~~
quinquaginta millium distinguebat stadijs trecentis
triginta tribus quæ centum triginta species ani-
malium facili capiebant negotio, quod vero inter
celerem bestiarum fugam Rationales etiam sub-
sequens n' vitarent fatum respondet Busieres
sic semper flagitiosi homines rapiunt deliciarum
illecebris ut nec advertant quo modo mortem hau-
riant, puduit ~~fortasse~~ n' paucos resipiscere ne timi-
ditatis notam incurrerent pudicita inter impudentes
terricolas impudentes non essent obstinati itaq pœnam

sub Dio

sub dio lugere cogebant offensum siquidem cælum omnes cataractas aperuit e quibus imbres et flumina per integrum quadraginta dierum spatium decurrere videbant, tandem pœnalis tempestas sic intumuit ut quindecem cubitis altissimum montem superaret extinctæ tam copiosis undis terrenæ libidinis flammæ ut sciant alieno malo eruditi mortales quam grandem carnis vitium pœnam e cælo provocet post effluentes diluvij centum quinquaginta dies postquam expedita a Noemo columba paccatæ tempestatis olivum testem adtulit ad propinquos armeniæ montes seu fortunatas insulas fluctuans prosperrime pervenit arca post assidua fluctuum ~~post~~ Plusquam decumanorum prælia exoptata quiete frui orbis ceperat die vigesima 7ma septembris qua demum post plura temporum intervalla nata est et confirmata Jesus societas, ut palàm sit ad publicam paccati orbis tranquillitatem celerem hanc prolem a Parente Loyola genitam certe hac die funestum terras reliquio diluvio qua postea inflamandum ab Ignatio Orbem credidit. Servati a comuni Orbis naufragio Mortales ad perennes Noëmo deberent gratias reddiderunt Ludibria. Cham etenim superstes tumulento temere illusit Patrem qui tamen eid prædominantem vincere passionem nesciret, fatidico offensi Patris oraculo

ad exitiale

ad exitiale fratrus damnatus servitium majus com=
misit ludibrium ingratus orbis cui gratioso etiam illust
Numini Anno siquidem ab orbe condito 1997.
Ninus Parenti Belo postquam mortalitatis Iura
exsolvit immortalem solius Dei stulte adsuivit cultus,
hinc statuam ejus Populo adorandam exposuit, eoq scelq
progressum ut humanis Belus ille anverius Baal placa=
ret hostijs. Ulterius processit superba hominum ini=
quitas. expediti etenim in orbem a Noemo posteri,
ut inane celebrarent nomen famosam turrim Babel
erigere statuerunt. Viginti circiter annis temerarium
construebat opus, cujus circuitus fuerat cubitorum mille
centum quinquaginta. Nemrodus maxime hanc mol=
lem urgebat, qui non tam turris exitium quam potius
desideratum babilanici Regni machinabat Initium.
113 Interim superbum opus, improvisa Linguarum tur=
bavit confusio discordes siquidem architecti cum pluribq
qui septuaginta duabus lingvis de unius edificij successu
contenderunt, Patrium è Distracta mente sermonem
expulerunt. Unicus qui nativæ recordabat linguæ, fuit
Heber, qui omnium hebræorum nuncupat Pater. Semi
vero clarissimus abnepos, unde confusi dies Noemy Po=
steri dispersi sunt in tres mundi partes. Sem
Occupavit Asiam. Japhet Europam Cham aphricam.
Diviso in 3es mundi ~~Principes~~ partes universo orbe No=
emus año ætatis suæ nongentesimo quinquagesimo

prostratus fato qui arguis inuita agitabat casibus spectavit ille ante diluvium Gigantum scelera, in diluvio sceleratorum penam, post diluvium desolatam populis terram, vidit permutuas clades et ag colidentium interse neptûm prelia, ~~et quod gravissimum~~ et quod gravissimum optimo seni fuerat vidit expulsum ex corde suorum per idololatriam Deum: ne itaque ampliora tristior spectaret flagitia emortuus clausit oculos, antequam tamen sepeliret Noëmus primo hominum parenti adamo parentavit, illius etenim ossa depopulante terras comuni diluvio in arcam recepit, que postea successori Semo cui Syria interterrar distributione obtigerat tradidit, illaque in monte calvarie tumulari jussit felix sante mortalium culpa, que in capite generis humani Adamo, Redemptoris delmisi sanguine deleri meruit. Conservatori generis humani Noëmo successit Pater gentium Abraham natus in chaldea filius Thare, in quem adeo immensa de celo ~~fluerunt~~ fluxerunt Dona ut ad unam magnificentiam Dei conditum existimaret orbis. Ille Jubente Deo ex Mesopotamia in chananeam profectus, cum nativum amitteret agrum terram invenit ubertimam Idem Abraham egregiam de Persis reportavit victoriam, ~~tu~~ Hic enim cum duce Chodorlaomoro Corruptissimos vitijs Pentapolitas prelio victos in servitutem

abduxerunt, simul et Lothum ut itaq. Nepotem vindicaret. Abrahamus collecta ~~servo~~ suorum trecentorum octodecem expedita manu sopitos Persas et Atriumphos secutos aggressus in fugam egit, prædam et captivos recepit decimamq. Partem per manq. Melchisedechi Deo reddidit. Tanto Abrahami Patrocinio, victricem Choderlachomoris dextram non tamen vindicem numinis offensi manum vitarunt Pentapolitæ exortum etenim brevi incendium quo quatuor scelesta urbes conflagrarunt. Sodoma nempè Gomorra, Adamur, et Saboim unicæ civitati Segor Parcens hanc enim incolentis Lothi servavit Innocentiam, hanc tenus in flagitij detestationé super est panè vestigium, quæ scilicet fatentes solum amor tuum mare sulphureum. afflictu funesto de conflagratis urbibus rumore Abrahamum solatum est numen cum ad Sumam Sanctissimorum Parentum lætitiam Saræ Isaacum dedit a risu Nomen sortientem, hunc postea pius genitor a Cœlo datum exsistimans superis in monte Moria immolavit. Sed clementissimum Numen tam sacerdoti pepercit quam victimæ; Obedientia enim si madat suscitat si perdit redimit, nec dat in pericula nisi servet. Abrahamus itaque Iubente Deo postquam charo in terris pepercit filio ad Cœlestem vocatus vitam Anno ætatis suæ centesimo septuagesimo quinto vir

re

re vera virtutum omnium qui per adversa meruit prosperrima de innutibus ita mancipatus ut adeo statim amarit y oderit. Ismaelem proinde discordem filium unâ cu Agar Ancilla pepulit multis a Cœlo Cumulatus bonis ut singula erogaret, hoc enim inquilina illi svadebat probitas quam tandem illæsam sepulchro intulit. Post Parentis Abrahami fata superstiti Isaaco nati ex Rebecca Esau et Jacob ita dissimiles mente et corpore ut vere gemini vix aliquando in ullam rem unquam consenserit, nam quomodo mitis et facilis cu importuno et temerario fratre convenirent? Interea cessit Jacobo discors Esau cum propter modicu pulmenti esum pinguem progenituram concessit. Hinc postea Esau sinistram id est Ægiptu Jacob autem dextram id est mesopotamiam obtinuit. Ibidem ducta in consortem vitæ rachele in terra rediit Chananeam ubi nõ tantum cu fratre sed etiam cu obvio Cælesti incola non sine fortunato Exitu Luctabat. Ex Lucta hac pacificum Israelitarum nomen prodiit multiplex præterea Jacobo promanavit benedictio quæ Israelem duodena prole felicem reddidit. Nomina filiorũ Israel sunt hæc Ruben Symeon Levi Juda Isachar et Zabulon nati Jacobo ex Lia Dat et Nephali ex Bala ancilla Gat et, Asser ex Zelpha Joseph deniq ex Rachela, quæ posita

cum

cum Beniamimum pareret dolenda morte perijt. Ægeptum Numerosa hac Iacobi progenies longeva senedute afflictum exhilaravit Isaac qui adhuc tantum numerid cum pressus cacitate oculis intueri n. possit audijt istoq rumore latus obijt. Año ætatis sua centesimo octuagesimo in tanta Iacobea prolis multitudine enitüit Iosephus, mira dei Indulgentia mercede. è carcere promotus in Regnum utriusq fuit exemplar fortuna. is Patri charissimus cum per invidiam divenditus esset apud Putifarum Dominum gratiosus placuisset et Domina pudicitia tamen post habens Somnia Per hanc Calumnia conjectus in carcerem, per trigennium castitatem amavit in vinculis. nec ultra deus pramium distulit, nam Ioseph per interpretationem Somnii Pharaonis notus, ad Regni ad Regni Adiministrationem evectus est triginta nactus annos, iqua per octo annos perseveravit, in audita aulici felicitate vere castitatis martir et corona. Interea cum fertilitatem Ægipti fames excepisse inopia frumenti pressus Iacob filios in Ægiptum misit ubi a Josepho fratre probati et agniti in pœnam sceleris timuerunt sed adducto deinde Parente ad filium luctus lætitia commutarunt, de facto Patri revixit Iosephus quem invidia fera illa pessima devoraverat illius opera Regio Giessen in

Ægipto

Ægipto assignata Jacobi familia ex qua numero-sissima Israelitarum gens prodiit. Jacobus vero post annos centum quadraginta septem agonis perpetui nam et in utero cum fratre luctatus excessit e vivis secutus harum Parentem Joseph qui anno Ætatis suæ centesimo decimo omnibus absolutus in Deum in Regem in suos virtutum numeris post longissimam administrationem decessit, si Deum aspectes Sanctissimus inter adversa et quod rarius inter prospera si Regem minister absolutissimus cui similem orbis nondum vidit si suis pietate et clementia summus. Sub idem tempus in Idumeæ et Arabiæ finibus natus Esâu abnepos Jobus, celeberrimus in utramq; fortunam fugit illustrior ille qm ex triumphato orbe Pompeius triplici prælio tergeminam Palmam confecit audiit liberorum funera inconcussus spectavit bonorum Jacturam tranquillus in cruciatus membra transiisse passus est, demum Esterquilinio hostem vicit qualis pugna quæ septennium tenuit quam gravis per tot conservata vulnera qm impar ubi hominem demum per humanas calamitates per se ipsum agressus est qm demum honesta ubi fregit contemptus superbiam patientia furorem homo angelum tandem pugnator iste fortissimus anno ætatis suæ

ducentesimo

ducentesimo decimo 7mo. in effusa bonorum nepotum et virtutum copia Fortuna cum probitate redeunte in gratia celebrem hanc tragediam felicissimo conclusit exitu. Sub hac tempora Pharaon Phamenophis Aegipti Rex durissima Israelitas opressit servitute, quae annis fere centum perseveravit, nam Aegipcii numerosissimae genti invidentes sibique ab ea metuentes ne propagaretur ulterius tributis flagri carcere vinculis versare ac perdere Judeos statuerunt. Cumque panem proficerent imperatum est obstetricibus ut mares necarent, necii obtemperantibus crudelissimo edicto et Infantes masculi submergerent. Nihilominus tot inter erumnas et naufragia instar palmae succrevit Israelis soboles, atque in hac necessitate mortis natum et adultum est quod Aegipcios postea perderet anno etenim mundi bis millesimo quadringentesimo sexagesimo 4to. ex Tribu Levi gravissimus postea vir Moyses prodiit, occultabatur tribus mensibus integra dum se infans validiore vagitu proderet et periculum esset ne a custodibus Aegipciis qui 3tio quoque mense scrutabant domos iuventus occideretur certe necii loco exponitur dubio. Fabricati Parentes qui scel.am scirpeam liniebant eam intus bitumine, et levis materia facile enataret, impositus est illi Infans, fluvia commisus Maria Soror Moysis procul eventum re[s]pectata labat,

ecce vero descendit Pharaonis filia juxta Josephum thermutis n̊ ne que fiscellam videns vagientemq̀ in illa cernens puerum conservandum suscepit. Ad quadragesimum ætatis suæ annum aulicum egit Moyses autharitateq̧ pallens cepit etiam publicè fratres suos invisere ac solari, cum vero ab Egipcio quodam in conspectu illius exciperet Judæus cædentis cæde palmam gentis vindicavit injuriam quod factum cum per discordes in publicum prodiret latere aula desertâ aulâ Moyses propo-suit profugum Ethiopia excepit, ubi Moyses Gie-tribus Jetri seu Raguelis Soceris sui pascendis operam intendit suis et alienis ignotus ad principatum se praparans uti filioni placet qui artem pastoralem idoneum præludium ad Regnum arbitratur. Deinde octogesimo ætatis suæ anno diuturnam populi Israelitici servitutem terminavit Moyses qua Judej quadringentis triginta annis fuerant opressi junctus etenim Araoni fratri Pharaonem adijt cujus obduratum cor mollivit tandem sed prius decem reluctanti inflixit plagas quæ talibus exprimunt versiculis

Prima rubens unda ranarum plaga secunda
Inde culex tristis, post musca nocetior istis
Quinta pecus stravit, vesicas sexta creavit.

Inde

Inde sugit grando post Bruchus dente nefando
Nona tegit solem primam necdat ultima prolem
Tandem prædictus ex Pastore Dei Legatus postquam
Israelitas ex acerbissima servitute eduxit in libertatem
postquam famulantes sibi in Pharaonem undas immisit
post quam medios inter fluctus sequacem delevit hostem
institutis Ecclesiæ veteris ceremonijs designato Paschate
cum ex monte Nebur v ut alij volunt Abarin prospexit
Palestinam amplius videri nescit et vivere. Moysi suc-
cessit Josue celebris Triumphator qui ipso classicorum
sonitu urbes expugnavit ne tardus vinceret solum con=
tinuit 3ginta regulos subegit Tandem Anno ætatis 110mo
inductis in Hananeam promissam olim terram Isra=
elitis juxta Patrem Busieres. Summus Imperator non
rarius vicit qm pugnavit superstite adhuc Josue
exportata ex Ægipto Josephi Patriarchæ ossa Pale=
stinæ demandata terra hinc mirum non est Israelis
quod Exemplo christianorum sanctas divorum colant
reliquias Jam quod terram sanctam attinet
hæc idcirco sancta nuncupatur quia pijssimo Patri=
archarum obitu demum pretiosissima æquè ac
SSma Redemptoris vita est sanctificata aliter
Palestina dicitur hanc etenim Amorreos Giergieseos
Hetecheos Gebuseos Phereseos Palestini insolebant
populum quos sacra scriptura vocat Philistii postea
terra

terā hæc divisa fuit in Galileam, Samariam Idumeam, quæ aliter vocat.ᵘʳ Edom et Ideam cujus principalis urbs Hierosolima post fata Iosue Principis nomen ignorabat Israelita sed ad dissidia inter illos compo-nenda litesq decidendas constituti sunt a Moyse ex consilio Gietro soceri septuaginta Iudices quorum consilium Synedrion posteri vocarunt inter alios mi-nores unicus eminebat Iudex qui totum regebat po-pulum porro hæbreorū Iudicium Nomina in scri-ptura legant. hæc Iosue successit Othoniæ qui Cusariū Syriæ et Mosopotamiæ Regem profli-gavit Iudex fuit annis quadraginta Othonieli Aod qui Eglonem Moabitarū Regem gladio confo-dit fuit Iudex annis Triginta Aodo Debora quæ Baraccum Israelitarum Ducem adversus Ja-birum Syriæ Regem animavit, brevi proinde Si-sara Strenuus Dux clavo in caput adacto occisus est a Rachele Iudicavit Debora annis quadraginta Deboræ successit Giedeon qui selectis ex multitu-dine trecentis viris vicit Madianitarum centum triginta millia capti sunt ab eodem Reges Zeboe et Salma Iudex fuit annis quadraginta Giedeoni successit Abimelech dissimilis Parenti filius, qui culpa ta cede in fratres sevium quos septuaginta vita sustulit fuit Iudex annis tribus Abimelecho

Tola

Tola qui populū judicabat annis viginti tribus Tolæ Jajrus fuit Iudex annis viginti duobus Jairo Gepte qui voto edito amonitas vicit et Philisteos sed victorem triumphi pœnituit cum ex voto primam sibi ablatam filiam immolavit. Iudicavit annis sex. Gephte successit Abesam fuit Iudex annis septem Abesano Elon fuit Iudex annis decem Eloni Abdon fuit Iudex annis octo Abdonis Samson ad Philisteos profligandos natus in fortitudinis rudimentum leonem inermis discerpsit deinde asini Maxilla quasi Herculis clava mille mactavit hostes gasæ obsessus portas urbis quasi quoddam victoriæ ferculum suis portavit humeris. sed eheu difficilius est continentem esse qm fortem amore etenim Dalilæ captus pœnas impuri affectus tulit, dum crine detecto illusus a Philisteis et excæcatus brevi tamen suas divinasq; ultus injurias cum excussis columnis dejecto tecto contrivit omnes inimicorum principes anno ætatis quadragesimo vidit licet cæcus Samson se gloriosius mori non posse. Samsoni Iudici successit Heli quo Imperante Israelitæ diram perpessi cladem a Philisteis arca Dei capta illius liberi cæsi ipse Iudex ad feralem nuntium de solo corruens fato occubuit judicavit populum annis quadraginta successorem nactus est Samuelem qui pro rarijs virtutibusq; clarissimus

a Deo

a Deo in Principatum populi jam ante vocatus ab eodē populo suffragante Numine Judex elegit año ætatis quadragesimo, post expletos Judiciariæ potestatis annos 20 ut desideria populi impleret Samuel Saulem inunxit Regem virū corpore quidem eximiū sed animo moribusq̃ rusticum ita immutavit ut jam regiis imbutus animo virtutes momento induerit. Regnavit Saul annis octodecem ex quibus quia duos tantū virtuosos recensuit duobus tantum annis regnasse arbitrat. Deinde reprobatus est a Deo Rex Nefarius hinc Samuel Davidem Regno inaugurat. Solium ascendit David, postqm Goliatum pro mole corporis viribus ac audatia præditū Pastoritia funda prostravit quam impar certamen puer in virum pastor in militem in armatum nudus a nudo tamen stetit victoria nam vinci nequid quem Divina tuet potentia. Triumphum hunc brevi Luctuosissima secuta clades ab hostibus enim Philisteis victum ipse Saul in ensem præ desperatione intumuit amantissimus Davidis Jonatas cæsus in Prælio impletæ minæ per Samuelis umbram, Regi intentatæ luxit David Jacturam hostis Regnūq̃ hanc rugina partū displicuit quod ipsi ut traderet Deus et Saulem inimicū

et Jonatam

et Ionatam amicum sustulit Interea David illustra vicis=
situdinis humanae specimen per absalonem filium regno
pellitur Deo continuis calamitatibus Uria caedem vindi=
cantem haec fuit peccati poena sed poenitentia fructu
non caruit nam Pater Regno reditus Filius victus
et Ioabo confossus proprijs tandem suspensus in cri=
nibus unde superbiam inde mortem hausit. —
Post Absolonis fata Salomon aetatis suae ano 21mo
Patris adhuc superstiti jussu Regno inungitur mature
Propheta et Bersabea matre curantibus fratre adonia
spe regni quod jam occupabat imo et ista dejecta Hic
est Salomon qui cum sapientiam rebus alijs praeoptasset,
alia assecutus est Bona hinc Dijs his pace ac felici=
tate praecipuus Regum clarissimus et magnificen=
tissimus longe omnibus Laudi fuerit et miraculo
Salomonis electionem sequenti Princeps Israelita=
rum David ultimam diem obijt ano Regni 40mo
Propheta eximius pietate in Deum, justitia in subditos
moderatione in hostes omni laude major ano 4mo
Principatus sui Salomon Templum Hierosolimae fun=
davit auro gemmisque adornavit parietes totamque ador=
navit

a patre collectam in Sanctuarij decus dispersit supelle=
dilem tandem Sapientissimus iste mortalium et stul=
tissimus anno Regni quadragiesimo curis potius quam an=
nis delicijs quam laboribus confectus varios vitæ eventus
morte conclusit prodigiosa anthitesis nam Salomoni
quid dissimilius Salomone componat prior gloria
ad posteriore dedecore et sapientia ad dementi
angelica adolescentia, cum senectute nequissima
religiosa Iuventus hunc prodigiosa canitiæ an
pœnitentia tot eluerit labes incertum senten=
tia faventior Placetne tanta beneficia Deus perdere.
Separata a corpore Salomonis anima divisum est Israe=
lis Regnum cum Roboamus Salomonis filius in Tribu
Iuda et Beniamin regnaret decem aliæ Tribus in Jerobo=
ami verba juraverunt sævitiam et avaritiam ejus Regis
detrectantes a summo crimine inchoavit Regnum.
Jeroboam idolorum cultum enim invexit nam religio=
nem suorum pertimescens dedit illis Deos ques colerent.
Ita plerumque pietate abusi Principes veram ever=
tunt ut falsam in commodum suum substituant.
In Regno Iudæ Roboamo cessit Abiam regnavit

annis

annis 3bus Abiamo asa cognomento pius qui labsa
in Judæa religionis rem restituit regnavit annis 4ginta
et uno Asæ Josaphat vera religionis cultor eximius
suo in exercitu numeravit militum centum sexaginta
millia supra Millonem regnavit annis 25. — Jose=
phato Joram regnavit annis quatuor Joramo Ocho=
zyas regnavit anno uno cum enim multiplicasset Idola
annos vitæ diminuit Ochozya athalia. Regina quæ
a Joiada Pontifice propter Idolatriam templo ex=
pulsa ac perempta regnavit annis 6 Athaliæ suc=
cessit Joas qui a communi familiæ Ochozye Regis
servatus septennis Rex constitutus postea anno Re=
gni Quadragesimo cum in servos Domini Jozadam et
Zachariam serviret a suis peremptus famulis. Joæ
successit amesias sanctiorem avitam malo coronavit
exitu cum invictis in acie Idumeis eorum Idola coleret
hoc tamen delictum impune Deus noluit imprimis enim
a Joa Israelis Rege captus et mancipatus tandem a
conjuratis civibus occisus in Lachis regnavit annis 29
amasiæ successit osias qui postquam sacerdotibus fru=
stra reclamantibus thus incendit subito lepra infe=
ctus est quod postea delictum longa pænitentia expia=
vit regnavit annis 25 Osiæ successit Joatas Rex ut

Salianus

inquit constanter bonus regnavit annis 18 regnan=
tibus in Juda prædictis Principibus imperabant emuli
Israelitis Principes Jeroboam annis 22 Nadab año
uno Baasa annis 23 Ela annis duobus cui te=
mulento vitam eripuit Zamri verũ et ipse Zamri
septem dierũ dumtaxat Rex ab amri inclusꝯ
se ipsũ cũ universa Domo Regia incendio ex=
tinxit Zamri Successit amri qui postquam Thersa
Urbs Regia cædibus et raptinis vastata est Sa=
mariã urbem in monte condit quæ deinceps
regni primaria opibus et munimentis evasit
Amri Successit acha hic princeps cũ scelera
sceleribus (Instigante Jesabel cumulasset
spretis Eli Eliæ monti et michea vaticinijs
tandem Benedad Siriæ Rege quem ante viceerat
profligatus et cæsus Patientia Dei pœnas dedit
Achabo Successit Ochozyas Ochozyæ Joram Jo=
ramo Jechus qui occupato Israelis Regno Jesa=
bellem omniũ fere criminũ fœminam debitâ
multavit morte cadaver ejus a canibus discerptũ
septuaginta quoq; Achabi filii in Divinæ vin=
dictæ appendicem ferro necati sunt regnavit
Israeli Jechus annis 28

Post

Post fata Iechub Ioatas regnavit annis 17 deinde Ioas annis sexdecem post Geroboam secundus regnavit annis 4 demum Zacharias regnavit annis 6. deinde sellum regnavit an̄o uno tandem Monachem cum invasisset prius regnū Israel timens sibi a subditorum et aliorū insidijs Assiriorum ~~et aliorū~~ Regem Phul in subsidiū vocavit cui sponte factus est tributarius Manacheo successit Phacea filius a Phacea sui exercitus duce interfectus post interfectū proditoriè regem Phacea Dux solium conscendit regnavit Israeli annis 20 Successit illi oseas qui postquam 28 Imperij Anno defecit ab assirijs regnū victima comisit cladi Samaria enim per Salmanasserem capta est abducta in servitutem cū osea Rege decem tribus Israel. In tras tribus eminuit Tobias senior qui simul cū anna uxore et Tobia filio captivus per adversa tentatus plurima ut deinceps innumeris cumularet beneficijs invisurū stituto, in reddito filio in juvenem tum nurum in vita pecunia sintutela Angeli chen quam singenti Deus mercede calamitatem præmiat. Pereunte Regno Israel needum amissa est Iuda corona tum enim imperabat Achas ultimū impietatis portentū tandem odiosissimū Deo clausit vitam an̄o Regni 14to Successit Ezechias filius religiosissimus Princeps Deo providente, ut delicta Patris emendaret natus hunc cœlū

diuturno

diuturno afflixit morbo tandem subita solatus est victoria
redibat ovans ex Egipto Sennacherim qui Salmanassare
vita functo Assiriacum suscepit Regnum redibat inquam
gemina de Egipcibus et Ethiopibus palma pretumidus
Urbique Jerusalem numerosissimis imminebat copijs
ecce vero inipsius verbis conspectu nocte concubiat=
Angelus Domini assiriorum prostravit centum quinqua=
ginta millia perterritus Rex fuga precipiti Ninivem
petijt furore percitus in hæbreos quem n'exercuit nam
alijs in templo cæsis hoc scelus novo actum scelere
parricidæ enim in fugam dispersit Assaradano fra-
trum minimo Regnum reliquerunt ab hac clade Me-
rodochus Babiloniorum præfectus excusso jugo assirio=
rum trucidato assaradano hujus vires propemodum
fractas Judaica expeditione senserat Regem se
tulit Monarchiamque Babiloniorum in assiriorum
Ruinis erexit Anno mundi ter millesimo trecentesimo
trigesimo 4to Interea regnavit Ezechias pietate et
observantia in Deum rebusque gestis clarus protrahen-
dam illius semel infirmitatem confirmavit umbra
decem lineis in chorologio Achas retrocedens istan-
dem Princeps Anno regni vigesimo nono e vi-
vis abijt Successit Patri manasses qui postquam
septem annis varia se impietate contaminavit
Babilonem captivus ductus est interim ex calami=
tate sapiens scelerumque anteactorum pœnitens Deum
apellavit

illius proinde ope amerodacho dimissus regnum repecijt
ubi altera primo flagitia virtutibus emendavit
regnavit annis 55que. Imperante Judæis Manasse
Sanctissima Amason Judith de Holoferne cæso tri-
umphavit is amerodacho quem alij Nabuchonodosorem
vocant totius orbis imperium ambiente cum numerosissimis
copijs Imperator Bethuliam obsidebat jamque expugnabat
ecce vero Juditha hebrea mulier græca Helena pulchrior
quia in pulchritudine summa castior factum oris specie Du-
cem post vino madidum et somno opressum capite minuit nec
arduus obsessis fuit perculsum timore exercitum et sine
capite truncum concideret passim cedes spolia triumphi
ita victorem Deus avide percussit et per imbellem
fæminam inania de orbe vota disjecit post fata Ma-
nasses præfuit Judæis Amri hic Patris æquavit cri-
mina n poenitentia alterum proinde Imperij anno a conju-
ratis interremptus successit ad Judeæ fasces Josias dis-
similis Patri filius quia optimus occidi jussit et
incendio deleri septuaginta aruspices pertinaciter uniq
Dei cultui resistentes tandem Rex pius in Faraonem
Ægipti Regem decertans prælio sagitta ictus interijt
anno regni 31timo nec enim Sanctis illibata semper
prosperitas

prosperitas fatiscente Iosia perijt in Iudæa Religio nam Ioakim v certe Eliachim intra tres principatus menses extincto fatis, Ioachas Rex Mediatus Iosiæ successit Populum a vera fide ad Idola convertit Prophetas crudeliter interfecit donec capta a Babilonijs Hierosolima et ipse Ioachas cum viris Primarijs captivus Babilonem adductus est. Interea Nabuchodonosor Calus ex rebus gestis ad discrimen Patris et dictus magnus Babilonicorum fit Imperator Rex cunctis majoribus suis major hic statim Ioacham vectigalem factum regno redonat et in auspitia victoriarum ingenti prælio domat Ægiptios brevi in Iudeos expeditionem suscepit Nabuchodonosor detrectantem tributum pendere Ioachab dolo capit, et admissus in urbem interimit. Iterrempto Ioachimum v ut alij dicunt Iechoniam filium subrogat sed statim fadi pertesus Babilonem captivum ducit per años triginta septem detinendum in carcere regnum autem Sedeliæ tradit captivi patris. Tandem rebellis semper Ierosolima áno ante Christum sexcentesimo 6to expugnata est. Nabuchonodosor retractus a fuga Sedetias oculis librorum nece prius fædatis obatus catenis gravis Babilonem

ductus

ductus est ubi ~~[illegible]~~ invinculis aliquanto post mororem perijt urbs victoris furori Libidini rapinæ et contumeliæ cessit edificia tum publica tum privata incensa, et ipsumq templum Domicillium Dei detractis antevasis conflagravit. Peracto hoc triumpho Nabuchonodosor universum fere orbem subiiciebat nam præter Solimas Captas Tirum tredecim annis obsessam deditione obtinuit contentusq victoria vectigalem fecit deinde Niniven tanti olim sedem Imperij quasi emulam sui delevit clade tam horrenda ut eam urbem aliquando fuisse laboret nunc fides cum alium tot victorijs clarus Princeps quasi solutus repagulis latè cum triumphi per universas terras palmas circumtulit, nam persas medos assirios Armenos, Hircanos Arabes, Syros et Iudeos sibi subjecit in Ægipcios movit et profligavit vastavit Affricam in Ethiopiam quoq non fama tantum sed et victoria penetravit tum ea Meridie ad Septemtrionem reflectens quasi cursum Ludens victoriarum Iberiam Ponthum et Franciam tam fortiter qm feliciter submisit ea rerum gestarum gloria ut nec Alexander mundi fulmen nec Romanum

Imperium

Imperium regnorum Pelagus ipsi par fuerit. ~~Cum Nabuchonodosor propagato late p orbem imperio fastu et arrogantia fumibus Babilonis amplitudine captus extemplo ita mutatus est~~ Sed eheu Nabuchonodosor sui jam Impos praeludebat ad bellum Deus enim se faciens statuam auream sexaginta cubitis altam simulacrum sui adorandam sex vero latam orbi proposuit Non corporum modo verum et animorum victor futurus asta tribus adolescentibus hebreis Sidrach scilicet Missach Abdane victus est quos veri Dei religio Idoli cultum interdixit inde victores in fornacem conjecti ad incrementum victoriae. Quod enim natae hinc palmae? quod prodigia in flammis Juvenes rore psusi Chaldei foris igne involuti et quod majus est contumacia Regis victa impietas ut se tunc hominem et minorem Deo fateretur Año ter millesimo quadringentesimo sexagesimo 4to a Creatione mundi Portentosam rei fastus paenam mortalibus objecit Deus. Cum Nabuchonodosor propagato late p orbem Imperio fastu et arrogantia fumibus Babilonis amplitudine captus extemplo ita mutatus est. ut se feram ratus abjectis insignibus regiis nudus

et quadrupedis instar adinis in sylvis locisq. aviis per septem años ferino victu et ritu gerit læsâ fantasiâ qua se Leonem ut ursum vel certe bovem credebat tandem septimo post año sibi et Regno a Deo vestitus modestior sceptrum recepit quod uno anno tenuit Princeps inter summos numerandq hoc maxime quod Danielem ministrum et historicum sortitus per eum habuit quod in hominum et Dei memoria (ut credisq) vivat Beatorum albo adscriptus tanti est Principi alieno ductu insurgere ut habere cujus ope crescat et nitat. Nabuchonodosori successit filius Evimerodach, qui regni curam insano Patre jam capessiverat et laudandus quod gestum imperium Patri deinceps restituerat Is talem Jechoniam Joakimi filium eductum e carcere judeorum regno inauguravit cum a morte Sedetiæ Rex nullus fuisset quod parvo tempore tenuit. Relicto filio Salaphiele Ensinei propter libidines Interempto successit in Regnum Balthasar sed nec ipse temperantior Patre regnorum peste affatus per ignaviam et voluptates sibi et imperio pernitione ultimam procreavit Anno enim mundi 3516 nocte a Ciro capta est Babilon

vasta ac panè diruta Baltasar e somno in morte transijt, cum pridie manu illa scribente perterrit a Daniele de iminente fato frustra communitus præbuit se hostibus jugulandum Babiloniorum imperio cum Principe pereunte. Everso funditus Babiloniorum imperio Persicum sumpsit Initium Cyrus etenim novus Persarum Romulus ex Mandane Astiadis Filia natus ex avi somno morti expositus et a Bubulco cane ubera præbente servatus post ab Harpago Satrapa diri convicij memore evocatus in Medos Persis suis accinctus avum Astiagem gemino prælio vicit. Itio cepit inde Medorum Ores in Potestatem Cyri devoluta gradusq. supposuit ad Imperium Persicum erigendum ad quod postquam per ruinam Babiloniorum pervenit in victoriæ gratulatione Judeos captivitate solvit regressumq. nec non in Patriam, Hierosolimitani Templi restaurationem adjunctis liberaliter suis opibus permisit. Quare plurimi in Judeam Zorobabele Duce reversi templum quo potuerunt sumptu repararunt. etiã non

perfect

perfectum nisi multis post annis, sed in posterum libertate justâ diminuti Persis Græcis ac romanis facti vectigales servitutis Jugum nunquam excusserunt quod et hodie ubiq. fere gentium meritissime patiunt. Anno Persici Imperij 7mo cal Cyrus a Thamiri Massagietarum Regina victo occubuit Cyri Regnum excepit Cambeses qui Ægipto suo deinceps gladio ad majorem felicitatis contemptum casu quasi mors ipsum negligeret Læsus interijt creditus est ab ipsis Ægiptiorum Dei violatione in furorem actus post Cambisis fata Magus cognomento Smerdes imperium invasit re tamen detectâ per septem Persarum Satrapas regno et vita orbatus ex prædictis septem proceribus Dario Histaspis filio industria famuli sceptrum intrusit. fortunatus enim equi hinnitus Imperatorem proclamavit. regnavit annis triginta sq.
Successorem deinde Regni habuit Xerxem ex Atossa Api Filia susceptum minorem natu filium quia majorem natu Artabassanem exclusit ab imperio ideo quod illum privatus adhuc genuerit Ingentem comparavit exercitum Xerxes pugnaturus cum Græcis tres enim miliones hominum ducenta triginta quinq milia duxit in aciem ubi gemino ponte fractus, Athos suffossus exsicata potantibus flumina. Interim navali

Prlio

prælio victa a Themistocle Persarum classis, ipse Xerxes fugam per Græciam et Asiam spargens docuit exemplo suo proximam esse superbiæ comitem humilitatem.
Xerxi per Artabanum satellitum Regiorum Præfectum immani scelere obtruncato. Successit Artaxerxes Longimanus natu minor filius a Prominentia dextera sic apellatus postquam ejusdem Artabani fraude Darium fratrem natu Majorem per imprudentiam interficiat minime tamen impunis extitit artabano fraus prædicta nam brevi ab Artaxerxe cum 7 Liberis interemptus. hic Artaxerxes in scriptura dicit Assverus qui postquam in Sociam vitæ Estorem duxit Judeos benigne habuit. Illo siquidem decernente Aman his Mardochæo Judæisque omnibus mortem intendens in Patibulo quod Inimico destinaverat suffixus pependit clarum arrogantiæ proculcatæ insigne. Nehemias præterea Judeus ab eodem Assvero restaurationem urbis Hierosolimæ impetravit promovitque feliciter portas muros turres extruxit Fabricam hanc miraculis Deus insignivit. Nam ignis ex crassiore aqua eductus, arcæ Judaicæ religionis sursum penetraret a Geremia abscondita tunc vero reperta Esdram secum habere voluit Notarium Assverus, qui gratia Imperatorisque florens

Bom

Hierosolimam jussit ut prolapsos Judeorum mores
emendaret et Primaevam Legis normam corrigeret
tandem Artaxerxes Año Imperij 40mo e vita
migravit p Persarum Principum felicissimus quâ
vita quam à belli tumultibus totam transegit
quâ morte quam suam obijt non accersitam Re=
gnumq Xerxi reliquit. Hunc Sogdianus Frater
interemit ipse itidem a Dario Ocho interfectus.
Dario Ocho in Judeos crudelissimo sucessit Arsames
qui ob virtutes avi et memoriam Artaxerxes appel=
lari voluit brevi familia nam illi sucessit Darius Codomanus
quem ex regio q nonfuisse styrpem asserient Strabo et Ju=
stinus. Hic postea Bluis cum Alexandro Magno decertans
in campis niveis victus proditarie demum a Besso interfectus
vacuum Asiae Imperium Alexandro cessit a quo victore
occupata est patriâ incessa per temulentiam Persepolis
Gazaq Persiae hoc est praecipuae orbis totius divitiae con=
flagrarunt. brevi Alexander ipse peragrato instar fulmi=
nis oriente protritis omnibus quae obstiterant. ultra na=
turam et ambitionem Babilonem redux, auditis totius
orbis legatis veneno v potius intemperantia obijt Anno
aetatis 33
Inter tantos belli ardores maximo Doctrinae artiumq amore
aestuabat nam aureo honorum fovebat scrinio in Thebar
ruina Pindari Laribus et familiae pepercit. Aristoteli dele=
gavit aliquod hominum millia perquos animalium naturam

disceret. Adfuere militanti Calides et Anastarchus Philosophi ab Apelle solo se pingi ab uno Lysippo se fingi voluit, putares animum capacem omnium quæ commendant singulos cuncta complexum reliquit fratrem Aridæum Herculem Filiolum pluresq duces dignos Imperio sed heroi tanto nullus successit nec eo nullus nec eo ullus provexit ambitio ut se alexandro proximus nuncuparet satius fuit dividere quod totum neminem capiebat. Itaq Ptolomeus Logi Filius fortitudine clarus et humilitate Ægiptum occupavit in qua regnorum multos post omnes constitutum contudit alii Duces satrapias inter se perstricti donec Alexandri Filius adolescerent idest donec alter alterum quâ vi quâ fraude perderet Ptolomeus postea Seleccui Niccanoris Syriæ Regis opera Hierosolymam occupavit Ptolomeo successit Philodelphus, Philodelpho Evergetes, Evergeti Philopater qui postquam in adipsta Hierosolimitani templi terrore tentavit irrumpere membris corporis subito subeuntibus divinitus retundatus est, Idem Rex in furias actus Elephantis obterendos exposuit exposuit in Hyprodramo sed miro Angelorum beneficio conservati Heliodorus præterea a Seleuco Philapatere Asiæ minoris Rege missus in Judæam dum tentavit Thesauros ex Templo rapere ab Equite cælesti castigatus Philosopatori successit Ptolomeus Epiphanes hoc Lyriæ palestinæq imperante, utramq provinciam invasit Antiochus, cognomento magnus, victoq Epiphanius Duce Judeos

subegit

subegit 4to post annum idem Antiochus Rex regnô nô tantum sed famâ et opibûs imminutus a suis tandem interremptus Patri successit filius Seleucus dictus Philopater quem per insidias interceptum Heliodorus occidit prætermisso insuper Demetrio Philopatoris filio Romæ tunc obside perempti fratrem Antiochum cognomento Epiphanem in Regnum evexit Regem hunc Sanctus Hieronymus Antionillum vocat, hic enim Templum Hierosollimitanum sacrilegè profanavit, Legem Judæorum contempsit Libris sacris prohibuit ritus gentium introduxit Sacra omnia mutavit et invertit in Judæa deniq ut religionem pejorarent tormentis sævit exquisitissimis supplicijs negantes affecit in quibus præclarissimus martyres Eleesarum atq Machabæos fratres ipsorumq matrem supra animum humorum fœminam scriptum dum celebrat immortalitati transscribit brevitatem tyrannus iste postquam Ch. antea sibi improbissimum Jasonem summum Pontificem Hierosolimæ creasset morbo et mœrore propter infelices expeditiones contracto ortas doloribus viscerum insuper acutissimis cum intolerabili fœtore impuram afflavit animam mali et improbi pœnitentis exemplar. Divinam enim in agone appellavit misericordiam quam si reciperet volasset. Interea Tyranno Antiocho restitit Magnanimiter Mathatias Sacerdotum unus familiæ Machabæorum Princeps qui non tantum pati fortiter sed et agere ausus, antracta manu

Contrarium Sicut umbra demonstrat solem, ita opposita nostram ostendent veritatem. Contrarium vero erit tale homo se ipsum amat adeoque sibi nocere non potest et se ipsum lædere poteris sic inchoare Ita ne vero mortales sibi ipsis bella inferant? et hostis naturam induant qui nimo amant se ipsos hunc sensum efferes per periphrasim amant mutando in amor quo amore omnia mala a se avertere volunt, et hunc sensum efferes cultiori phrasi deinde dices quod hic amor propriæ ducit omnes ad defensionem sui honoris fortunæ sanitatis poteris sic inchoare Inde nascuntur fortissimi Heroes famæ suæ propugnatores qui si amittendi honoris ingruit periculum pugnant. hunc sensum seu hoc verbum pugno triplici expones commate considerando antecedentia et consequentia pugnæ. Si fortunæ bonorumque imminent calamitates etc desudant ut non solum fortunam vindicent sed in meliori ponant. hunc sensum simplicem efferes 3 membri periodo et phrasi cultiori Si valetudinis sentiant incommoda quæ non conquirunt remedia, quas medicinas non sumunt ut vivant hunc sensum exprimes bimembri per phrasim et per mutationem partium orationis vivant in vitam ad finem hujus partis Chriæ facies allocutionem ad homines poteris sic inchoare sed dicite fortunæ vestræ ac felicitatis adeo ferventes amici an est ita fortis et victor amor proprius ut securi esse possitis; et hunc sensum cultius efferes Continuabis duobus commatibus considerando securitatem

tanquam scuto. Ut illius ~~vitam~~ viribus vitam possitis committere vestram et ut vos securos reddat. Deinde facies exclamationem sic inchoando O! quanta in ejusdem amore fallacia quanta caecitas! ulterius idem continuabis quadrimembri considerando caecitatem amoris si amor est caecus praevidere non potest mala in ruinam potius deducet quam securitati prospiciet.

Simile Facies transitionem talem Effatum Chrisostomi veluti in immagine in Similitudinis umbra perspiciamus clarissime. Similitudo erit a Facce accensa, quae lucendo consumit et extinguit. poteris sic inchoare facem accensam porrigo Lucet quidem illa et splendoris sui spargit etc. ulterius continuabis substantivo Metonimico Item ulterius describes istam facem bimembri considerando pulsum tenebrarum et quod iter ostendit. deinde describes commatice quomodo liquefit consumit et perit poteris sic Inchoare ab Interrogatione Sed quae rerum vicissitudo quam inconstans et sibi nocivus splendor fax illa oculis gratissima etc hic describes 6 comatibus considerando quomodo candela liquescit et quid fit cum illa ulterius exprimes hunc sensum etiamsi nullus sit ventus tamen fax extinguit poteris sic inchoare nullo licet concinnatur ventorum turbine tamen extinguitur cultius verbum hoc scilicet extinguit efferes Dilatabis hunc rudem sensum trimembri Et ubi Favonii aspirant non est extra periculum ex se perit, modo aplicabis similitudem allegorice quod ita sibi homines nocent inchoando sic Eandem homines quasi faces naturam induimus splendent plurimi honorum claritudine addes

quatuor

quatuor comata ulterius pones duas similitudines a rosa quae habet aculeos et ab Elephante quem sua moles gravat utramq bimembri periodo exprimes

Exemplum Transitionem facies quod si exempla humanae infelicitatis desiderumus Perillum habebimus cultius hoc coma vertes sic cum Tirano Phalaridi Agrigontinorum Regi Taurum Aeneum efformasset in quo inclusi homines cremarent ipse primus jussu Tyrani tauro illi inclusus periit. Inchoabis hanc eruditionem sic Excogitaverat ille ast mentem Tyranni novam excruciando hominum catasta Taurum scilicet describes ex quo fuit iste taurus, homines inclusos quomodo imposito igne quasi mugiebant donec morerentur ulterius dices quod placuit Tyranno iste Taurus inchoabis sic Et placuit furiosae crudelitati funesta machina qui varijs modis volebat occidere homines hunc sensum exprimes cultiori phrasi deinde exclamabis sic Sed o fatale ipsi authori ingenium ulterius dices quod Perillus putabat hunc taurum non sibi destinatum esse et interea Phalaris Rex ipsum tauro includi jussit Exultabat Perillus se grato Principis Genio artem invenisse jam etc hic describes quomodo sperabat praemium cui tamen Phalaris elusit cum illum jussit experiri

experiri qm expedit &c faciés allocutionem ad perillū sic Quid agis quid moliris Perille en tuote Perdidisti ingenio continuabis sensū 4or commatibus exprimendo mugitū tauri et ignes Concludes hanc Parté chriæ dicendo Fato tuo docuisti Perille ex nobis ipsis malorū promanare originem

TESTIMONIUM Facies transitionem in advocando Ovidium dando definitionem Ovidio aplicando hoc Ovidij dictum ingenio perigi qui miser ipse meo post transitioné inchoabis sic expertus ille quo ducat magna eruditio, si in usū pessimus convertat et addes hunc sensū cutius illū efferendo fassq est Ovidius quod ipse sibi nocuit scribendo carmina virtuti contraria ita ut cū dolore dixerit. hic modo pones illius dictū

Epilogus In Epilogo exprimes hunc sensū phrasi optima Non incusemus ergo calamitates hunc sensū bis vertes Synonimice, quia nos ipsi sumus earum causa nobis imputemus mala quæ nobis accidunt.

Amplificatio facti Diogenes mediâ luce hominem Athenis quærit accensa face

Incipies a figura admirationis inchoando sic Mirum vobis et prodigiosum sit ad oculos spectaculū Quis enim stupore n̄ tenebit quis etc Ulterius dices quod quæ sunt

sunt rara et insolita n̄ tantū movent in admirationem sed et rapiunt ad prodigiū et hoc exprimes bimembri periodo. descendes ad expositionem facti Inchoando sic Spectate Diogenem an vos admirationis n̄ absorbebit novitas hic exprimes factū commatica periodo deinde a figura exclamationis inchoabis O! si reviviscieret hodie Sapientissimus ille Philosophus et Civitatem illam satis amplā videret etc hoc verbū videret cultius exprimendis tot inter homines qui n̄ modo gloriosū istud nomen homa habent Cultiori hoc exprimes phrasi

Alia Amplificatio facti quod Homerus Poëtarū Princeps factus est cæcus

In Exordio dices a contrario Nihil esset voluptiosius nihil jucundius, q̄m videndi pollere virtute Dabis ratione a Definitionibus duabus facultas enim oculorū idest visio est quædam corporis Lux quod Sol in Cælo hoc oculus in corpore Sol radios dispensat oculus eosdem mittit Sol illustrat Cœlū intuet terram defigit in omnes palpebrā eadem oculum præstare nemo negavit Extincto in Cælo sole horror quidam et tristis rerū facies spectanda se exhibet amisso oculorum Lumine Confusit quosdam tenebrarum horrores Nox inquieta impacatæ menti offundit sic dilatabis duas Definitiones sed hanc definitionem quod oculus sit decor corporis præcipue Concludes habet igit quod doleat Homerus etc

Chria facti Quia Bolestaus Crivoustus Rex Poloniæ Inmaginem sui Parentis ferebat in Pectore

Exordium Erit per enumerationem aliarū actionum Bolestai in laudem ipsius dicendo quod inter Poloniæ Reges Bolestaus Crivoustus Krzywo=ustus Laudandus venit a nobis Inchoabis sic Inter Magnos Poloniæ Reges, Inter Maximos orbis Princi=pes, quos sive virtutes hic virtus mutabis in genitivū addendo aliud substantivū sive recte facta mutabis etiam in genitivū ad summam gloriam addes tuū verbum personale Bolestau Criboustus nobis venit in Panegirim et Laudationem Laudationem mutabis in genitivū addendo substantivum cum adjectivo deinde exprimes quod iste Rex 47 vicibus hostes vicit a figura Preterlitionis inchoando ut sic Immen=sus quidem hic se campus aperit eloquentiæ addes simile Coma sinonimicū ut morze etc niewyczerpane deinde dices ulterius sic Sed venerabundo silen=tio præterire necesse est quod antiquitas memorat de Rege Memorat mutabis in nomen afferendo hoc comma cultiori Phrasi Proinde ad victo=riam magnitudinem innuere tantū innuere tantū sufficiat quod semper vincebat hunc sensū simplicem vertes cultius Considerando exercitū vexilla hostem quem Rex vidit sic ut Inchoa

vg Inchoabis quoties in campos exercitus educebat Rex bellicosissimus, toties prædeuntem sequebat victoria, famulabat Duci fortuna Continuabis duabus bimembribus in prima vexillat in 2da Periodo hostem exprimendo ulterius dices sic in castris magni Ducis domicillium defixisse videbat Bellona quæ illi etc Continuabis hunc periodu per duo Commata Considerando hostes Cæsos in primo et quadraginta 7 victorias in secu tot Laureas a bellona illi porrectas. Item quod iste Rex Zeslao Duci suo pro amissa in Pugna manu aurea dedit hoc ita exprimes per Interrogationem Quis vero in præmia meritoru enarret munificentiam Principis inchoabis sic Ulterius 3membri continuabis exprimendo quod manu aurea dederit poteris hanc 3membrim sic inchoare Ita æstimavit Zelislaj ducis strenuæ in conflictu manu etc adjunges conceptum quod aurum sit silens metallum Sic vg. Inchoando Et jam metallum illud minime tacitum fuisse arbitror Conceptus vero ille est a Contrario. etc.

EXPOSITIO Jam accedes ad factu et facies ejus expositionem poteris sic inchoare præclara hæc gesta esse n dubitatis auditores; Sed illud quod mentes nostras delectat, inter millena invenimus memorabile Ulterius exprimes mortem Vladislaj Hermani et dolorem filij ejus Boleslai poteris sic inchoare invida hominu generi fata eripuerant Patriæ gloriosissimu Chrivousti Parentem Vladislaw Hermanu

continuabis hanc periodum 7 comatibus exprimendo luctum fili, Lachrimas Senatus, vestem Pullam inediam quomodo Lachrimas pro cibo habuit Deinde dices Sed hæc vulgaria sunt et omnibus fata Parentum ~~[illegible]~~ deplorantibus comunia aliter ipse debebat hunc ultimum sensum efferes cultius 3 membri periodo addes hic anteochipationis figuram dicendo quod in cogitatione volvatis auditores Non ignoro dicetis forte Boleslaus præ dolore hic exponens cultiori phrasi finitas locutiones vertendo infinite quod ille ex Palatio non prodijt suo, aulea dejecit, Coronam deposuit et alia expones duo commata ulterius dices quod his meliora plus fecit quam ista quæ vos potestis cogitare describes ulterius per Hippotiposim quod Boleslaus pictorem jussent depingere immaginem Parentis suj et expones periodo quadrimembri quomodo advocato Apelle optimo, ~~[illegible]~~ Coloribus optimis jussit depingere Parentis sui Immaginem quomodo dificile erat pingere Apelli et tamen tam pulchre depixit ut tanquam viveret — ulterius expones quod istam immaginem in Pectore collocavit inchoando ab allocutione ~~quibus~~ prius negativa sic ergo eam vero imaginem non inter regalia Conclavi[illegible] aureas non inter etc non inter etc addes duo commata exponendo in quo specioso loco non jussit collocare decentes ad propositione affirmativa dicendo quod in pectore dando definitionem pectori collocavit hic exclamationem facies ab ista interjectione o O! quam felix

felix Vladislaj mors quæ in pectore filij invenit sepulchrum addes secundam exclamationem O! quam magna Boleslai Inventio et amor itrum exclamationem. facies super exuvias Vladislaj secundam super amorem Boleslaj—

Causa Ad causam accedes inchoando sic Quod vero serenissimus Boleslaum ad tam insigne specimen obsequij impulit consilium? dabis Orationem triplicem 1ma erit ut ostenderet suam gratitudinem parenti hanc rationem amplificabis ponendo prius thesim quod filij debent esse grati parentibus et hanc thesim trimembri exprimes inchoando sic Considerabat Princeps optimus tam grandi obligationis vinculo. filij adstricti sunt ut Patri et matri sint grati a quibus vitam acceperunt addes hypothesim quod Boleslaus agnoscebat suam obligationem et cultius exprimes Suam ita quasi partiū esse merito censebat Boleslaus quod Parentem ferret in Pectore cui pridem perennem stationem defixerat in animum dabis rationem hanc quia illum amabat quam efferes exprimendo cor, Thronus, æternum id credo fuerat filialis amoris spectaculum defixerat Regem cernere qui donavit pro Throno Cor Patri quale in vita hi habuit 2da ratio quia volebat esse memor Patris hanc rationem exprimes

x

considerando quid sit mors, quod mortuus Patriae et filio addes unam 2membrem alteram unimembrim deinde considerando catenam e collo pendentem Boleslai dices pendebat e collo tabella Parentis Vladislaj et commemorabat quam tenatius alligavit menti quam torque addes unam bimembrem quoties videbat Patrem toties illud venerabat hoc cultius efferres. 3tia ratio quia volebat Patrem imittari istam causam seu rationem exprimes sic veniebat et hoc ad plurimas cogitationes filij ut Patrem pro exemplo haberet quod imitaret ulterius idem dilatabis considerando negotia Senatus curiam, castra bellica vestigia inchoabis sic Quocunque aggrediebat sive pietatis sive, sive, sive ad quodlibet sive addes genitivus intuebat frontem Patris, ut consilia veluti a Patres haberet capite et virtudes in se transferet effermaret in filio Idem ulterius continuabis dicendo ivit in in, in, ad quodlibet in addes accusativum, quocunque iret quidquid ageret semper intuebat Patrem ne aberraret quia volebat imitari Patrem

Contrarium

x

Contrarium erit dilatando istum sensum saepe filij obliviscunt suorum Inchoabis sic Utinam Utinam vero Regias Boleslaj virtutes viderent filij efferes per definitionem filiorum quam saepe ab ipsis natura et memoria discedunt sed mutes in infinitivum discedo non sine addes tum ablativum miraris orbis. Ulterius enumerabis Parentum beneficia in filios educationem morum culturam fortunas et inchoabis a figura Interrogationis quid vero non agunt soliciti propugnatores, ut filios habeant sanos a cunis ut etc addes tum coma a lacte, continuabis quadrimembri sic inchoando Jam vero procedente Aetate quod spes habet de filio tot curas faciunt et veluti, etc hic curas exprimes Parentum addendo similitudinem ab arbusculis deinde exprimes hunc sensum ne filij sint rudes illos applicant parentes studijs considerando stipites rudes et mercurium culturam Ingenij hanc periodum inchoabis sic Jam cum perspectum habeant filios domi domi vertes in adjectivum

tanquam

x

tanquam rudes stipites crescere continuabis 3b9 membris allegorice quod dant ad scholas, ut sint docti et doctrinis excutti. ulterius exprimes quod parentes opes colligunt propter filios, curant honores amicitias. ista duo commata efferres p figuram Interrogationis cultius continuabis hoc ipsu 5q commatibus et quatuor debent esse per infinitivu exprimes vero his commatib9 quod parentes semp cogitant facere divites filios 1mo com'ate quod semper cogitant 2do et 3tio facere 4to quod recomendant. 5to ad honores promovent. Ulterius tandem dices quod post mortem parentu obliviscunt filij considerando sepulchru memoria lacrymas vg. ad Post quam Moriunt Patres sæpe videmus addes parentesim in qua parentesi erit figura exclamationis, post parentesim eodem sepulchro quo eos etiam suam memoriam condunt, nō flent n' amant hæc duo commata, debent esse p locutionem

affirmati

affirmativam et post parentesim commata debent esse per verba infinita seu per infinitivos modos addes adhuc hunc sensum quod licet filij aliquando curant habere pictas immagines parentum tamen ad oculus tantum vg. sic Quod si antecessorem jubent pingere hoc ad parietes potius ornandos quam ad memoriam gratiarum oculis non imitationi proposita serviunt. Aplicationem facies ad Boleslaum dicendoque quod ille maximam gratitudinem ostendit gestando patris immaginem in pectore dices non placuit ipsi tanta ingratitudo magnam ergo docuit.

Simi-les Dabis similitudinem ex tabellis quae ad altare suspendi solent eam dilatabis sic per figuram apostrophen alloquendo auditorem. postquam ita pendulam a Boleslai Collo. videritis effigiem auditores unum me a vobis petam permittite vobis mutabis in adjectivum et addes substantivum ulterius exprimes cultius hunc sensum bimembri quod videtis nihil nisi tabellam ad altare affixam et rationem dabis quia

sicut

sicut ad aras solent affigi tabellæ, ita Boleslaus quasi ad aram pectoris appendit sui Parentis immaginem exprimes hanc rationem trimembri sic inchoando – Quemadmodum enim ad aras sive humana devotio sive &c addes tuum simile affigere solet addes casus verbi Ita Princeps supra pectus suum altare erexit cui tabellam appenderet per commata cultius efferes. Addes rationem quasi ingeniosam quod Pater erexerat devotus filio et filius devotus Patri per commutationis figuram exprimes sic nimirum in hoc pulcherrimo amoris spectaculo omnes mirabantur verbum mirabantur mutabis in substantivum et pones in nominativo et Parentem Regem cui fuit devotus filius et filium Imperatorem cui Pater fuit devotus hæc commata cultius exprimes. Ulterius dabis similitudinem propriam eam exprimes illam quadrimembri pro hac similitudine dabis quinque conceptus quemlibet exprimendo 3membri periodo qui vero conceptus debent esse supra hanc materiam, quod Pater amavit filium et filius Patrem

Ulterius

B V M

Ulterius dabis alteram similitudinem à scuto quod pectus protegerit, quam similitudinem amplificabis alloquendo Boleslaum per figuram apostrophe dicendo noli timere quia habes scutum inchoabis sic progredere jam in bella in trepido animo Boleslae fortissime extra ictum fati Addes casum huic propositioni extra addes casum et verbum activum cum acusativo et dativo Postquam illum &c. Munivisti scuto addes adjectivum et simile coma scilicet verbum cum ablativo. deinde adjunges rationem, quia sicut scutum defendit ita illa tabella Inchoabis sic et certe tabellam hanc clipeum ego dixerim aut etc dabis similem definitionem tabellae. Nam si clipei munus est Heroem ab hostium protegere impetu Dabis infinitivum cum acusat[ivo] ab effectu scuti seu quid facit scutum. dices ulterius etiam Bellatori Boleslao est scutum imago Patris bellatori mutabis in acusativum faciesque sensum et constructionem cultam, addes coma breve quod munus fuit ista tabella addes adhuc sensum uterque pugnabat cultius trimembri efferendo imo uterque magno ausu involabat in castra barbarorum hinc Boleslaus pugnabat, inde Pater fulminabat, fulminabat vertes in substantivum.

Exemplum Ad exemplum facies transitionem talem, quaerendo ex auditore Quisnam tale exemplum dedit Boleslao? Nemo primus ille hoc fecit efferres hoc ipsum cultius usque sic. Quodsi a me inquiritis auditores, quis nam adeo laudabili exemplo praeibit gratissimo Boleslao quis addes alterum comma, quis Patris im[m]aginem gestavit mutabis in ablativum. Ulterius sic dices Ausim dicere quod primus ille fuit sed hoc efferes cultius substantivum relativi istius ille pones in ablativo et hoc relativum ejicies Continuabis sensum istum

dicendo

dicendo quod nullibi legit similis historia sed cultius p allo-
cutionem sic dices Excutite reconditos regnorum annales addes
simile coma talem gratitudinem nullum saeculum, nulla antiqui-
tas commemorat, haec commata cultius efferes. Huc afferes exem-
plus de filijs 4 Metelli Romani, qui omnes erant alij digni-
tate consulari jam ornati, alij ornandi, hi omnes mor-
tui Patris corpus in humeris ad sepulchrum deportarunt
inchoabis sic unum afferam exemplum quod habet Romana
historia sed cultius exprimes. Ulterius culte exprimes prae-
dictam historiam sic vg. Metellus addes ipsi definitionem
Postquam mortuus quaternarium filiorum reliquit, ex quibus
alij jam consules erant, alij hanc dignitatem expectabant
deinde dices ubi ad feralem pompam in amplissimo comitatu
deventum est paterno sarcofago tanquam gratissimo pon-
deri humeros supposuerunt amantes filij terra mandarunt
exuvias. Ulterius addes quod hoc spectabat Roma et laudabat,
attollebat laudibus, haec commata tria debent esse leniora,
addes aliquam exagierationem, quasi nihil simile putabat
Romani orbi contingere hoc comma cultius exprimes et ra-
tionem dabis hanc quia non in humeris sed supra pe-
ctus gestabat Patrem suum, hoc cultius efferes Consi-
derando humeros et pectus ac longius pectus Inchoabis
sic. veluti armillam non humeris sed cervicibus addes ad-
jectiva duo veluti pretiosum munile imposuit non
in lacertis addes adjectivum sed delicato pectore

Testimonium. Facies transitionem
Quam praeclarum sit facinus Boleslai si testes in-
quiritis auditores aurem nobis non negate attonitam
hoc cultius exprimes afferes testimonium ex Vellegio
Paterculo

Patereulo de Homeri eruditione ac virtute hic notavit Velle=
gius hoc epiphonema, cultius hoc coma efferres, deinde
pones epiphonema ulterius post illud dices per uni=
membrim verius de Bolestao id dicerem, postea Im=
bri efferes. ut sic Neque enim retroactis saeculis
parem gratitudinem audivit orbis par vertes
in nominativum addes illi alium substantivum, gratitudinem
vertes in genitivum. Neque post tot tempora hac
tenus inventus est amor, tempora mutabis
in genitivum, qui eum Bolestao emularet. Ulterius
dices, quod haec cogitatio (dando rationem) a Supe=
ris ipsi data est et addes substantivum cum ge=
nitivo, ad hoc substantivum cogitatio. Quod gratis=
simorum filiorum imitaret nemo. et infelici lo=
co reponerent felici mutabis in substantivum quod
semper mutarent omnes seper mutabis, sub=
stantivum in adjectivum.

EPILOGUS Dices quod jam finis nec tamen
potes concludere nisi tibi aplausus defuerat Po=
lonia hanc allocutionem ad Poloniam pulcrius
efferres. Ulterius continuabis quod intra tua vi
viscera in Intra addes substantivum cum adjectivo
crevit

In h. S. S. K.
crevit et adolevit Boleslaus ulterius continuabis hanc allocutionem si ejus quadraginta septem victorias recenses si etc addes adjectivis et substantivis si etc addes membrum tot redefactorum originem cogita credes quod omnia ex amore profluxerunt vertes hoc verbum infinite facies allocutionem ad adolescentes dabis definitionem illis. ut Recordent quantum prodest antecessorum gesta in memoria habere. Quid quid laudabile quidquid ades comma tuum sine verbo quidquid similiter addes tuum comma in antiquorum vita notaveritis, recordamini hoc verbum efferes per locutionem negativam dices ulterius dando rationem et cum Patriæ vestra gloria et vestro merito et cum documento obligationis etc &c &c

Ad M. D. G. B. V. M. S. Kostka cultu ac
Venerationem

Modi incipiendarum Periodorum v. Dilatandorum sensuum incipiendo periodice per propositionem scilicet proponendo id de quo vult orator dicere v.g. Parentes debent curare ut filiis suis det bonam educationem dices persvadendo curam circa bonam prollis institutionem.

1mo Non aliud negotium principes inter curas Parentes gerere debent nisi ut filiis suis congruam institutionem

Day racyę że Rodzice Powinni dać edukacyę v.g. boby niemieliby się zwać synowie tych Rodziców niemaiąc żadney od nich Pamiątki et sic v.g.

2do Parentis enim indignè nomen gestat qui nullam prolli educationis suæ fecit memoriam

Dasz drugą racyę bo nie dlatego synowie od rodziców spłodzeni ażeby potym od nich że byli pozabijani

3tio Filii autem non propterea primum vitæ suæ a Parentibus receperunt exordium ut in robustiori virium ætate ab ipsdem perimantur

Sed ut vi et robore mentis ~~tutiorem vita sua prospiciant locum et ut~~ superis holocaustorum munera reddant et hominibus sint commodo

4to Potym zaczni a Similitudine. Quia sicut terra non propterea edit variarum rerum in Lucem genera, ut in matura aetate abeadem devorent, sed ut supremo numini sint aliquo decore et terrae incolis adsint pro necessitate uczyn allusio do szkół y per figuram Exclamationis y etiam exprimendo id quod est contrarium scholis a iezeli iest iaka erudycyja wes ią miasto szkołczynigc do niey alluzyą mów że niemasz żadney rzeczy Muzom y Szkołom ktoraby była urwią(?) szczey nie nawiści iako wielka prostota y iaka rodziców barzo błaha miłość ktora pod pretextem barzo delikatnego wychowania że dziecięcia y naymnieysza nieurazi mucha potym y nay=zadliwszym dopuści żaciąc szerszeniom

5to et sic vg. Nihil est odiosius Musis sola simplicitatis inertia qua non solum gratia sua insipientia nocet hominibus sed etiam et ipso sapenumero suprema Majestatis Numini magna hostilitatis fit motrix ten period ex circumstantia rei opposita studÿ v scholis v musis
Potym możes komponowac ex circumstantia amoris Parentum uti habes superius vg. v
Nihil est Musis odiosius quam blandis Patris amor, amplectendo filium prefocat et nimium delicata manu excipat.
6to ex circumstantia ergo pllé mali amoris gań takowo miłość ktora w pierwey pieszczonym wygodom daię ~~pier~~ ~~wey~~ mieysce azeby się nabierała pod pretextem dobrey Edukacyi złych y nieprzyzwoitych nałogow aniżeli żeby ad honesta virtutis preveniat offiua Certe amor talis indignus vocari incendium amoris qui teneram indolem dissimulatione ignava acivitijs languescentem in amœno deliciarum colloicat campo ut sub pretextu bona educationis malos et insuetos imbibat mores

x

7mo Ex circumstantia nativitatis Że lepieyby się było nierodzic aniżeli w Domowym więzieniu własnie iak w grobie byc wumieiętnosciu martym y zawsze rozlazłym gamoniem gdzie nigdy zadney proby ...
Praestaret iis nasci qm in domestica inertia sepulchro nobilem domitescere juventam, ubi nihil probati seminis cum virtutis innocentia prout bona frugis spem natura faciat. —
8vo Potym uczyn alluzyią do Rodziców nazywaiąc ich okrutnymi ktorzy pod pretextem Słodkiey miłości truciznę złego wychowania dzieciom pic daią.
Videant Parentes quantam crudelitatem in filijs exercent qui sub amoris paterni dulcedine mala educationis toxicum propinant
Mozesz ieszcze uczynic alluzyą ad Curam biorąc a Contraria staraniu. Contrarium zaś iest staraniu nie staranie ita v.g.
9no Było było iedne Ludibrium y dziw extraordynaryiny Ludzki narzecz przeciwne sobie zapatrywac się gdzie potrzeba starania

niedbalstwa y niestarania się zaczynać ma-
xymy gdzie potrzeba naywiększego ćwi-
czenia, naywiększey nauki. Żadna polane
nowo ~~młodo~~ wszczepioney naturze Ludzkiego
gatunku niedołęga proba

10mo Uczyń alluzyą y exclamationis notam właśnie
iakby wołaiąc by młodey latorosli toiest Dzie-
ciny do Protektorow swoich teraz mi day sta-
ranie teraz mnie proboy poki sposobne iestem
O! gdyby ta nowo zaszczepiona niemowlę-
cia latorośl wiadome sobie mogła wyprogno-
stykować konsekwencye zapewnie by nieraz
nieraz uchyliła właśnie iakby zaskarżyć
prozbą y niegdy expostulacye, teraz mnie do-
broczynna ręko Rodzicow nachylay teraz
przytnij prob y ćwiczenia daymi pomoc ażebym
w podeszłeyszym wieku swego czasu wdzię-
cznym każdemu był swiętych zaszczepicielom potrzeb
Interim możesz uczynić drugi raz alluzyą w tenże
sam sens do Rodzicow

Pingat Achates Gemma et a ranca cũ
Vicinus terro ab hoste
Quid te Christe premit salsasq̃ torcula limphas
Eliciunt, quanam prœlia dira times
Delicias menti non luctum porrigit hortus
Sed tu de vultu — fronte rubente rigas
Erumpit sudor decurrunt sanguinis undæ
Sparsaque divino terra cruore

Territe nec miror nunc jam tua tædia Christe
Hic fuerat vanus nec timor ille levis
Hac calicem spummantem retulit angelq ipse
Nunc populis mortem porrigit ille tibi
Mortalia turpe est noxas peccata propinat
Impetus hostilis toxica sæva coquit
Pareat heu quæ non fastidia summa dolendo
Et non sudereas provocet ardor aquas.

Si quis vestrum expectat quas sim provincias decreturus, consideret ipse secum, quinam mihi homines ex provincijs potissimum, detrahendi sint non dubitabit quid me sentire conveniat, cum quid mihi sentire necesse sit cogitari. Facies Imitationem omnimodam ubi est Conjucti potes Conjunctione ubi verbum et Ingrus tempore etiam in eodem pones quod syll: est totet tua

Drzek wielkosci obszerne w sobie zawierace nurty. pospolicie niezgruntowane w terminie swoim morze bezdenne dochodzi się przepascia

~~Prius Boreale frigus syrijs aduptum flammis ardebit Prius examine virescent Cœli et auricamo messem Ceres horreis inferet. Prius Phœbus in terram sua diriget axem. Et omnis Empiry decor in sinu ejusdem qui escet, Prius gravitas lapidu levius pennis fertur per acra quam ut gudo otio virtus animet. Dabo fidem v fidem prestabo fabulis v credam in anne ut ita dicam asserentibq rupes saltare ad sonitu amphionis cythara Plantpaera volitare et infructuosis Deucationis Pyrrha lapidiby uberes hominu succrescere messd in hoc convincedo nunquam esse otiu mens carpitt~~

Laus CICERONIS. præcipue a studiosis

Exordium Quamquam procul dubio à nemine, inter Principes Romanæ eloquentiæ eminentissimum Ciceronem negari videmus ea tamen generosæ juventuti est noctem diemque otio literario consecranti obligatio, ut summis encomiorum laudibus immortalibus elogiorum laureis omnibus denique auro cedroque notandorum titulorum nominibus celebret illum cui sic placuit maximo artificio suum faciendi anotandique opus.

Expositio petita ab aliis Oratoribus per allusionem qui quamquam fuere eloquentissimi Cicero tamen omnes antecellit.

Quos enim titulos Tullio non adscribit Orbis, cujus sub jure togaque facundissimus tremuit Catilina. Quis neget proferre Quinctiliani oraculum, qui ingenti sonuit omnia plausu. Cicero tamen in omnibus quaqua elogiorum manant fragmentis florido ornatus vernant decore, eminentissimus.

Cum ita sint egregii alii oratores. Fauces allocutione ad se ipsum per figuram dubitationis quid nam sit magis laudandum et consideratis istis cum sit facundior aliis laudabis illum per definitiones conglobatas unam saltim ultimam dilatando

Quis nam e Principibus eloquentium mage plus ad

gloriæ verticem promovendius, quem sæpius Lau=
dibûs in astra feremus? sanè neminem preter Ci=
ceronem fortissimum Romanæ Libertatis defen=
sorem, Prestantissimum eloquentiæ Principem fa=
cundissimum ~~Oratorum~~ scientiarum os, eruditi sæculi glo=
riæ, clarissimum Oratorum solem, quem nemo dictio=
nis illustret syderibus, nisi qui noctibus Atticis
eruditiones diem dicere nequeat
Facies allusionem p Fig: Apostrophen ad ipsum Ciceronem
Non ita certe è vivis discessisti magne Cicero, ut
signatum memori non habeas pectori nomen.
Non ita seminasti eximia eruditionis grana,
ut modica posteris sperare putes messis
Non ita deniq sterilis eloquentiæ evasisti,
ut in eruditæ Palladis memoria encomiastico non hereas
nomine ~~memoria~~ Vivis adhuc in corde En=
comiastum vivis in studiosæ juventutis mente
Vivis ad acipienda è opere tuo Encomiastis
varia fragmenta, vivis ad exercenda ingenia imitan=
daq tuorum scriptorum studiosæ juventuti
opera, Item dabis rationem quia quam iis
non cum ipso tamen cum ejus scriptis semp loquimur
Iam quidem peroranti tibi primus excelsæ
scientiæ Cicero aures dare non possumus damus tamen

artificiosissimis facundiæ operibus. haurit non solum quotidianâ præsentis ævi attentione ætas tuarum epistolarum excelentissima fragmenta; sed et ventura sæcula procul dubio haurienda quis dubitabit —

~~Quamvis nullus ætatem nullam eru~~

Modi Incipiendarum Gratulationum Variarumque Orationum seu ipsa principia

Orat. Gratulat. Rnis M. P. R. Lublinens.

Circumstantia Rectoris	Circumstantia Antonij.
Rector Lublinensis.	Lilius Bajulus Jesu
Rector a Regendo Re	Piscibus prædicans Concionat.
gendo gimen Fasces	Minorita Rerum perditarum Inventor
Concionator Tribunalis	Mirabilis Omnipotens Antoni
Regni Collegium Marcicorianum.	Lingua Incorrupta S. Anton:

In exordio exprimes quod Inventor rerum amissarum Antonius Rhetoricam Elogiorum inventionem mereat deinde excurres in Laudes ejusdem quod merita ipsius nihil Religioni decessit ~~sed forte~~ Sed potius multa ex laboribus functionibus gestis accessere decorat. tandem concludes addendo votum ut celeberrimus hicce Inventor reperiat in summis honoribus. Salutatio ejus Serenissimi Regis

In exordio exprimes quia hactenus rigidiorem brumam egimus

egimus hactenus validissimos infortuniorum eurq ex=
perti sumus hactenus summus gelu timentia tot
hostes perculsit corda. Ecce vero in adventu Regis
Serenissimi post asperiorem hiemem ver exoptat.
post Euros Infortuniorum clementioris fortunæ favo=
nij oriunt Excurre jam in laudes Sacræ Regiæ Ma=
jestatis 1mo quod adventus ejus diebus pentecostes florentis=
sima omnia reipublicæ ominet 2do quod regnante au=
gusto omnes regni prosperitates crescant in dies et au=
geant 3tio quod Paci nostræ sub Serenissimi Regis
Patrocinio Implicatæ bellis provinciæ herbam porrigeat
tandem conclude precando in flore omnia Serenissimo
Regi imarcessibilem præterea valetudinem a cujus
incolumitate totius Patriæ dependet salus tandem
se insinuando respectibus Die etc

Gratulatio Nominis Margaritæ

In primo puncto exprimes quantum sit pretium
Nominis tui publicam de te æstimationem inquire
si placeat hanc periodum dilatare poterit amplificari

deinde excurre in Elogium tum nominis tanquam
alicujus margarethæ in thesauro Poloniæ tum dotium
animi pretiosarum tum virtutum inæstimabilium tandem
adde votum et in publicæ existimationis libra tantum appre-
tiet hæc margaretha quantum valorem a singulis mercatur.

Oratio In funere alicujus Herois Exordium forma-
bis a thesi explicando invictam fortitudinem mortis quæ strenuissimos he-
roes athletas robustissimos uno fati debellat ictu probabis hanc thesim tum ab expli-
catione circumstantiarum mortis falcis faretræ gladii sagittæ cum
his enim instrumentis sæpe pingitur tum per inductionem insignium
bellatorum fulminum belli fato prostratorum uti Achillis Hectoris
Annibalis Alexandri et aliorum deinde descendes ad hipotesim
excurrendo in laudem herois defuncti enumerando triumphos ejus
multiplicesque laureas ex campo mavortio decertas tandem ejusdem
nomine Valedices Patriæ quam armis suis tuebatur regi cujus
honori militabat Ducibus quorum castra secutus exercitui quem
tot Palmis coronavit denique hospitibus post fata ejusdem memo-
ribus quos ad lugubres epulas invitabis plenis non sanguine
hostili sed Lachrimis amicorum

Pars 1ma de Pòësi.

Latina quam Polonica

Caput 1mum de natura Pòëseos de Pedibus metricis de præcipuis versum apellationibus

PARAGRAPHUS PRIMUS

de Origine et natura Pòëseos.

Origo Pòëseos juxta antiquos deducit ab Hæbreis qui ante Græcos Pòëtas fuerunt juxta alios ab Apol-line juxta alios a Caliope una ex Musis, juxta vero plurimos ab ipso Deo edúm illud Ovidij Carmen
Est Deus in nobis agitante calescimus Illô.
Impetus hic sacræ semina mentis habet
Hoc ipsum oratorum Princeps Cicero confirmat: Nemo sine instinctu et afflatu Divino Pòëta magnus esse potest:

Pòësis juxta Patronos Usserium est facultas quæ oratione metrica rem qui=libet veri similiter et comodé ad delectationem atq utilitatem audientium exponi dicit. facultas per quod convenit cum alijs scientijs quæ etiam facultates nuncupat: quæ Orationes metrica exponi: per quod differt ab illis omnibus scientijs cum quibus per vocem facultas convenit Dicit rem quamlibet sed solum honestas unde Pòësis dicit Divina et humana quod etiam

facultated

x

facultatem non solum in homines sed etiam in superos extendat quare agit Horatius Pictoribus atque Poetis.
Quidlibet audiendi semper fuit æqua potestas. Dicitur
verisimiliter per quod significat licere Poetæ ex
suo ingenio, rerum circumstantias oppositas (id est
commodas) ad veri similitudinem effingere aut illustri immaginem seu oculis subiciat.
Poesis dicitur ad delectationem utque utilitatem audientium.
Hic enim scopus Poetæ est, quando collimare debet
juxta Horatium.
Et prodesse volunt simul ac delectare Poetæ
Neque etiam ab illo deflectunt. ubi honores cultum punctum repunctum cum Horatio.
Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci Ab
hoc aberrantes suis obscenitatibus non Poetas
sed cum Heraclite Pontico quæ versores potius
Poëseos ad epicuri scholam sordidi et impuri
remittunt
Poësis ex Graeco dicitur fictio Hinc apparet
Poësis esse animam fictionum unde etiam
Poëta dicitur ille qui suis versibus immiscet fictionem, qui vero solum metricè rem describit Versificatur non Poëta apellari debet et hæc est differentia inter Poëtam et Versificatorem non intelligendum hic quod Poëta versificator Poëtam mendacem
non ille

non ille Poeta dicit fictor qui vulgi sermone intelligit mendax sed vest fictor idest argutus rerum eventum ex cogitatorum.

Officium Poëseos 3plex 1mum docere 2dum delectare flectere seu movere.

Notandum hic ad Pleniorem eruditionem Poëta nomina Musarum et illarum officia sunt quem 1mus CLIO quæ præest historiis 2dum Melpomene quæ præest Tragiedijs 3tium THALIA quæ præest commedijs et agricultura 4tum Euterpa quæ præest Campis Tibiæ 5tum CALIOPE quæ præest heroico Carmini 6tum ERATO quæ præest amatrio carmini et hymnis 7mum URRANIE quæ præsidet Astrologiæ 8vum POLICHIMNIA quæ præest actioni Histrionicæ 9num TERPSICHORE quæ præest Cytharis Choreisq̃.

PARAGRAPHUS 2dus
De Pedibus Metricis.

Pes metricus est pars versus certo syllabar numero atq̃ ordine definitis Quare monosyllaba non sunt pes sed semipes si dictio habeat duas syllabas exquibus componunt pedes constat quantitate quæ duplex est Longa et brevis duobus illa constat hæc uno tempore

De Pedibus Simplicibus.

Hi sunt

Hi sunt v duarum syllabarum v Trium v sive sunt dissilabi v Trissylabi.

Pedes dissylabi sunt 4tuor spondeus — — ug Legi
Pyrrychius v v ug fuge Trocheus — v ug vive
Jambus v — ut legunt Ichoreus sive Trocheus — v ut Legit
Pedes 3rium syllabarum seu hi syllabi sunt 8 —
Molossus qui et Trilogus v Chorbaicus 3es — — — ut Legerant Tiybrachys seu brachi syllabis sive Trocheus v v v ut gere Dactylus — v v ut Legimq in Preter:
Anapestus v v — sive Antidactilus v v — ut legerem
Bacchius v — — ut Legebam Antibacchius sive
Rhodius ut — — v ug Legisse
Creticus sive Amphimacer — v — ut Legerunt —
Amphybrachys sive Lesbius v Scholius v — v
ut legebant.

DE PEDIBUS COMPOSITIS.

Pedes compositi v habent 4or syllabas et vocant quadrisyllabi v etiam habent 6. syllabas et vocant sex syllabi

Pedes Tetrosyllabi sunt 16

Dispondeus — — — — ut perlegerunt Proceleusmaticus sive Dipyrrichius v v v v ut relegero Dichorreus sive Ditrocheus — v — v ut perlegebat.
Dijambus v — v — ut relegeret Choriambus — v v — ut perlegerunt Antipastus sive ubichoreus v — — v ut relegisse

Jonicus

Ionicus a majore sive sponde— Pyrrihius — — ∪∪
ut perlegerint.
Ionicus a minore sive Pirchi— Spondeus ∪∪ — —
ut relegebant Pæon 1mus (: veteres Pæan dixerunt)
sive Pirchichius — ∪∪ ut perlegere
Pæon 2dus sive Iambi Pirchichius ∪—∪∪ ut relegerimus
In Præterito Pæon 3tius sive Pirchi— Choreus ∪∪—
ut Relegebant Pæon 4tus sive Pirchi— Iambus ∪∪∪—
ut relegerent Epitritus 1mus sive Iambi— Spondeus ∪— — — ut Relegerunt Epitritus 2dus sive
Choreus spondeus —∪— ut perlegebam — —
Epitritus 3tius sive Spondeus— Iambus — — ∪— ut plegeram
Epitritus 4tus sive Spondeus— Choreus — — —∪ ut plegisse
Pedes Pentasyllabi numerant a Micillo Libro 1mo de re metrica 32 Ex quibus ut tantum selecti proponunt, qui præcipuis carminum generibus servire possunt quorum sunt numero 2 1. ~~Iambo3bra~~ =
Iambotribrachis ∪ ab alijs dictus Perijambus ∪— ∪∪∪ ut legerimus
Pirchi— Dactilus ab alijs dictus Mesomoleer ∪∪—∪∪ ut reparabile
Spondeo— Tribrachis ab alijs dictus simpledas — —∪∪∪ ut Perlegerimus
Choreo— Dactilus —∪—∪∪ ut vulnerabimur Pirchi Creticus ∪∪—∪
Iambo— Anapestus qui et Aprius ∪— ∪∪— ut Aristoteles
Anapesto— Choreus qui et Musicus ∪∪— —∪ ut Populabundus
Dactilo— Choreus sive Deriscus —∪∪ —∪ ut Ingeniosus
Pirchi— Molossus ∪∪— — — ut Populabundi
Choreo— Bacchius —∪∪— — ut Ingeniosi Spondeo— Anapestus
— —∪∪—

x

– – ∪∪ – ut cœnaturiunt Spondeo – Dactilus – – – ∪∪
ut intervertere.
Iambo-Bacchius – – ∪ – – ut amœnitates
Choreo-Creticus – ∪ – ∪ – ut Navigabiles
Iambo – Scholius ∪ – ∪ – ∪ ut Stilolossus
Spondeo-Scholius – – ∪ – ∪ ut Caliginosus.
Cretico – Choreus – ∪ – – ∪ ut Concionantis
Cretico – Spondeus – ∪ – – – ut Concionates
Spondeo – Bachius – – ∪ – – ut formidolosi
Spondeo – Creticus – – – ∪ – ut admirabiles.
Molosso – Spondeus – – – – – ut Exultabundi

Pedes hexo Syllabia Micillo numerant 64
Ex quibus servire possunt sequentes Anapesto – Bachius ∪∪ – ∪ – ut
Dactilus – ∪∪ – ∪∪ ut irreparabile
Cretico – Scholius – ∪ – ∪ – – ut elegantiarum omitto
pedes alios

De Præcipuis versuum apellationibus

Sciendum 1mo quod versus Est Oratio certo genere pedum alligata et ordine Constans Dicitur versus a versura quia uno absoluto reddit ad Caput et non scribitur usque ad Marginem Sicut Improsa. Carmen vero dici videtur à carendo quod si Carmen quo nomine non tantum unus versus sed Integrum etiam Pöema Intelligitur versus Grœce significat ordinem unde Hemistichum dicitur medius versus cujuscunque sit speciei: Distichon vero

dicitur

dicitur Intelligendo carmen duorum versuum; hodie tamen per Distichium Antonomasticè Intelligit carmen ex Hexametro et Pentametro compositus Tristichon est carmen trium, Tetrastichon 4tuor pedrxum versus apellant a Metria ut Heroicum ab Hereo factis laudandis; hoc carmen vocat Epicus per Atomosum Elogicum hoc est Alamentarij Dicit Ita carmen quod versat in re rustica dicit Ilion sive Ecloga hoc est sermocinatio et si persona in hoc carmine sint Pastores dicit Bucolicum Si Rustici sint Gieorgicum Possunt tamen etiam in Eclogis Personas agere Piscatores Oratores hortulani Indemicatores etc Ita Jeneth longum sive natalitium dicit quod dies alicujus natalis v ejus anni versarica canit. Epitalamium sive nuptiale est quod in nuptijs accinitur. p Proscuticum sive votivum est quô aliquid finire cupimus Apculticum quô aliquid depracantur sive cupimus non esse Soteria est carmen quo gratulamur amico salutem reditam.

Propontikum Hodecoricum est quô abeuntes prosequimur.

Apobatoricum quô abeuntes alloquant permansuros

Epibatericum sive natêticum aut monitorium est quô aliquid suademus v dissvademus alicui huc revocat.

Parendicus

x

Pareneticum et Didacticum quibus præcepta damus et Paramytheticum quo consolamur.
Eutharisticum est quo gratias agimus si præceptoribus dicitur Pedeutricum Sinthæristicon sive Ephinion est quô alicui gratulamur de aliquo si de adventu dicitur Proschæmesticon si de victoria Epyneum huic revocant affectum erga aliquem declaramus et Scholiones quod origent carmina amicorum laudes in conviviis exponentias hodie vero sunt carmina quod amicis portatum honorem aut rem præclare gesta canimus Epicedeum quo mortuas defleramus de re sive Erymnicos carmen in precatorum cum maledictis alios proscendimus.
Satyra Est Pöema quod risu digna vitia falsô versu exprimuntur.
Secundo desumuntur apellationes carminum ab Autheribus aut Asclepiadeum ab Asclepiade Saphicum a Muliere Sapho Horatianum ab Horatio Anacrenticum ab Anacreunte.
3tio Desumuntur nomina carminum ab Instrumentis atque canunt. Ita carmen Liricum dicitur à Lira quæ cum Cythara et Lira in himnis canendis adhibebatur interpositô saltô cumque ad dextram ad sinistram redire
Antistropha dicebatur denique cantum ante aram absolvebant

absolvebant carmine vocabant Epodos in quo singulis versibus singula clausura subiciebant etatq. ode Dicolos Distrophos.

4 Desumunt carmina v à syllabarū defectu v ab earum excessu Ita carmen cui deest una syllaba vocat Catalecticū si pes integer deest vocat Brahicatalecticū carmen v syllaba v pes abundat dicit Hipercatalecticum, alio nomine vocat Hipermetron Carmen, cui nil deest et in quo nil abundat dicit acatalecticum

5to Desumunt Apellationes carminū a pedibus prædominantibq ut carmen dactilicū à Dactilo, Trocheū a Trochejs Jambus à Jambis apellat.

6to a numero pedū, ita carmen quod constat 6 pedibûs vocat Hexametrum v Senariū quod 5q pentametrū quod duobq Dimetrū quod constat quaternis pedibq dicit Dimeter qui senis trimeter qui octenis tetrameter.

7mo a numero versuū cujqcunq sint speciej ita carmina quædā dicunt Monosticha quæ unius speciej versus continent. Disticha vocant quæ duarū specierū Tristicha quæ trium, Tetrasticha quæ quatuor: et sic deinceps diversæ speciej versq continent.

8vo a Numero specierū quæ pmiscunt ita carmen dicit Monocolon quod una species versus cōstat Dicolon qd duabq speciebq et sic deinceps

x

Modus amplificandi p hunc Versiculum
Quis, quid, ubi quibus auxilijs, cur, quomodo quando.
Satis tritus de quo plura in Figuris.

CAPUT 2DUM

De carmine Latino et Polonico.

De modo Componendi Carmen quodcunq Latinum
1mo Pedes scribant horum carminum, quod vis scribere.
2do Inveniat materia, et anotet quid in 1mo quid in 2do
quid in 3tio quid in 4to Carmine scribendum seu exprimendum 3tio Ex hoc versiculo Quis, quid, ubi quibus auxilijs, cur, quomodo quando inveniat Nom: et Acusat: Verbum personale et casus alij necessarij.
4to Et maxime observanda partium orationis mutatio aliqua. v Verbum in nomen et econtra v adverbium in nomen Item mutare casq vg Nominat in Acusativo v Ablativo ponendo unum ex his in genitivo et addendo aliud substantivum Item mutent numeri tempora modi, Locuones activa in Pasi: finitas v in infinitas et econtra. Item si erit Locuo Intransitt: mutet in transitt: ut sit verbum activo cum Acusativo.
5to Querant synonimia cum fine carmi: et utrum quantitas servata cum pedibq maxime advertendum 6to addant si opus adjectiva

adjectiva Substantivis etiam principalioribus v participia regentia casus.

7mo Habenda selecta alicujus eximij Authoris carmina et juxta vocum, syllabas, quantitatem eorundem carminum sua formare debes simili modô.

Si adhuc non fuerit completum carmen adde adverbia apta verbo v adjectiva sed talia, quæ non solū carmen impleant, sed etiam decus aliquod illi tribuant v etiam in defectu oportuni adverbij pone casum cōmude v casum præpositionis, si tam sensui quam carmini magis congruat materia componenda.

Defficiente autem materia ne cogaris Poëta ineptiis verborū lacinijs insarcire carmen v solis illud implere adjectivis appone ea, quæ sub particulis adjunctorū continent. Res pateat in exemplo si hanc tantum haberes pro carmine materiam Flos vernat Amplifica breviter hoc substantivum flos

QUIS

Nomina generica herbæ, germina, flores, etc
specifica Lilia Rosas etc

QUID

Actiones et passiones florū seu quid fit v quid faciunt flores, serunt pullulant vernant crescunt explicant folia, carpunt, metunt colligunt in fasces

v

x

v inserta componuntur. etc

Ubi?

Loci Florum Tellus campi Prata horti vireta etc perqua partes et instrumenta verte folia Radix fala Calatus quantum? Cumulus numerus florum.

Cur

Sensus omnium efficiens causa sol Tellus Semina Florum causa materialis

Quomodô

Epitheta metaphorica pete primo à coloribus candidus Lucidus, ab immagine mundi Divinus Angelicus Igneus Purpureus aureus, aqueus argenteus Terrestris Cælestis Solaris stellatus Witreus adamantinus Turritus etc Situs Stat jacet spargit habitq ornat coronat.

Quando

Flores gigni æstas meti autumnus carpit et marcescere facit. AB IH

~~DOCTRINA DE SYMbolo.~~

~~Symbolum quo ad vocem est signum seu nota alicujus rei. sed significat etiam collectionem quando in unam rem plures aliquid contribuunt Inde dicitur symbolum apostolorum, quia articulorum fidei~~

expressi erant calices crateres et alia similia, quibus addita vox ista pocula in adversa parte expressa erat vinea, cum ista voce vites quæ duæ voces simul acceptæ sensum exprimunt pocula esse vitanda cuidam poculo inscriptum legi hoc quasi lemma ebibe fac versum in cujusdam causidici mensa ex una parte erat sol depictus ex altera parte venti inferius scripta Juridica in medio vero talis erat inscriptio citissimè expediantur, cujus significatio vero est talis ~~solventi citissime expediantur.~~

N Bruma nivibus tegit et frigore decoquit idem decoquit de substantibus. Ita Poeta pro quovis carmine materiam compara qualem modo habes nimirum omnem tuam materiam sic dispone, accipiendo de illa Ita ut nos modo de substantivo flos.

Pedis Inveniendi modus

Quæsiturus Poëta aliam dictionem propter pedem requisitum ad carmen xmo si pro substantivo recurrat alium casum vg. pro substantivo miles pone militis v militi v militem v milite v milites v militibus et muta constructionem

aut

recurre ad synonirimia vg pro Substantivo miles pone heros etc Bellator aut recurre ad nomina ficta Deorum vg. Dic pro igne Vulcanum pro acre Iovem pro aqua Neptunum pro terra Cybellem 2do si pro adjectivo vis aliud adjectivum recurre ad alium gradum Comparationis vg. pro adjectivo bonus pone melior v optimus aut recurre ad metaphorica vg. pro bonus pone Divinus v Angelicus 3tio si proverbo vis aliud verbum recurre ad aliud modum vg tempus pro personam v genus vg pro carpo pone carpebam v carpseram v carpite v carperem v carpere v carpiendo v carpit et muta constructionem ad synonimia recurre Decerpo lego colligo aut recurro aut recurre ad metaphorica meto succido etc

Fontes Fictionis Poeticæ

Ut Fictioni ac elocutioni Poëticæ Satisfacias hæc observa 1mo ab adiectivis verbis participijs adverbijs derivato substantivo describe per hipotesim corpus p Etopopeiam actiones servientes adjectivo

illi

illi celebribus v.g. audacia substantivum deriva
seu accipe a verbo audeo v. adjectivo audax
v. audens v. adverbio audacter; huic Substantivo
audatia adscribe corpus et actiones quasi ista
audatia esset persona loqueretur et alias ac=
tiones ut homo exerceret idque talis apud
Ovidium est fictio famis 2do verba 2dæ
et 3tiæ personæ muta in primam perso=
nam pro vincunt audaces hostes dic vincimus
audaces hostem 3tio obliquos casus Commu=
nis Constructionis muta in rectos v.g. pro
carpit in autumno fructus dic autumnus
carpit fructus 4to Quodvis substantivum
compara rebus in immagine mundi po=
sitis id est de rebus in mundo positis v.g.
Solem compara rebus homini quadrigis
vecto et adscribe corpus et actiones hi
sunt fontes fictionis ac elocutionis
Poëticæ.

Fragmenta Carminis compone ad imita=
tionem fragmentorum sæpe enim
oratores fragmenta carminum post
singulas periodos orationibus suis
inserunt.

x

Modus componendorum carminum Omnis generis

Quodcunq carmen voluceris componere Hexametrum v pentametrum sive Adonium sive gliconicum sive Asclepiadeum sive fragmentum disce optimis carmen optimi authoris 2do ~~habitô sic~~ pro vocibus pone voces tot syllabas earundem quantitatem continentes sicq uno labore satisfacies quantitati syllabarum numero Legitimorum pedum ut venustati carminis res pateat, in exemplo. vg. si componeres ex materia quod Polonia jacent perempti Componit carmen vg. Iambicum dimetrum acatalecticum. commemora tibi carmen ejusdem generis illud vg. Veni Creator Spiritus et sic Imitare pro vbbo veni pone vocem duarum syllabarum qua eandem quantitatem habet vg hanc jacent pro voce creator pone vocem 3ium Syllabarum habentem eandem quantitatem qm hnt pro voce Spiritus pone vocem totidem Syllabarum cum eadem quantitate vg Sarmatae

En carmen simili carmini classica Poëta

veni

x

Vĕnī Crĕātōr Spīrĭtŭs
Jacet perempti Sarmata
Pedes scribant horum carminum quaeris scribere
vg Senarium Jambicum purum scribe pedes
hujus carminis. Vide Caput 3tium à princi=
pio de carmine latino et Polonico.
1mo Ex materia cujusq̧ carminis finem illius
versus invenire reliquas vero dictiones in illa
materia in cateros ordinare pedes. Pariter
in Polonico carmine idem observabis in=
venies 1mo vocem aptas pro cadentia reliquas
autem collocabis pro exientia numeri syllaba=
rum illius versus loci cesura. Locutio intransi=
tiva id est sine casu vertatur in transitivam
cum casu acusativo tam in latino carmine
quam in Polonico deinde substantiis princi=
palioribus adde Epiteta optima tamen
finem carminis invenias reliquas voces in=
reliquos dispone pedes vg haec locutio sol
lucet non est sufficiens ad conficiendum carmen
integrum, verte illam transitive vg Phebus
disseminat ignes et habebis finem carminis
adde

adde utriq; substantivo epiteta et complebis versum. Aureus æthereos Phœbus dissem inat ignes. Quod si vero etiã per addit adjectiva ñ compleveris carmen adde adverbia apta v adjectiva sed talia quæ ñ solũ carmen impleant sed decus illi singulare tribuant v etiã in defectu oportuni adverbij pone casum communem congruum v si hic deest casũ præpositionis proportionatũ et sic complebis vg. ex hoc vernant humus fac locutionem transitivam pectit terra capillos adde adjectiva comple adverbio jam habebis carmen.

Herbida floriferos pectit jã terra capillos
Item hoc pluit verte transitive dant astra fluentũ adde adjectiva et habebis carmen sed incompletũ quod quia ñ potes complere p adverbium comple per casum comunem.

Deciduum pluviosa tibi dant astra fluentũ
Item Poloni Parant Bellũ pone poloni antonomastice Mars Lechicus pro parant bellũ prælia conscribit adde casũ præpositionis proportionatũ scilicet in quem in hostem qualem tumidũ

tumidus et habebis versus completus sic

Prælia mars Lechicus tumidus conscribit in hostes

In carmine Polonico eadem observabis quæ in La=
tino superaddita epiteta non compleant carmen
compleat per adverbium si per adverbium n' po=
test, compleat per casus propositionis v per casus
comunem vg ex hac voce cnota sic facere vers=
sus 1mo fac sensus perfectus vg sic

Z cnoty każdemu iest szacunek wszędzies
habes adverbius quo complevisti pariter secundus
Do kąd się pusci y gdziekolwiek będzie
v ex hoc mądrość pokorna

Piękna upokorze mądrość ma styme u Nieba
Więcey umie, o sobie, niż rozumic trzeba

Est modus etiam per gramaticalem muta=
tionem variando scilicet locutiones tam lati=
nam quam polonicas per omnes modos grá=
matikales et regulas quo usq' n' inveneris ex
integro congruus ut ex hoc sensu nunc ætas
ferrea facias versus verte transitive sic
ætates ferreas vidimus quia vero hic n'
invenires finem carminis verte illam passive
personaliter sed quia et hic no' invenis finem

carminis

x

verte illam infinite sed quia et ita n' invenies verte per dependentiã v ablat° absolutũ v per gerundiũ si potest variari verte ergo impersonaliter sic ferrea vivit ætas adde substantivo adjectivũ verbo adverbiũ casum communem cũ adjectivo et habebis versum

Ferrea nunc miseris jam nobis vivit ætas.

Deniq tot modos habes conficiendi versus q̃d habes modos variandi locutionis aliter et aliter vg. Victor triumphet verte transitivè cũ vicerit hostẽ triumphet ex hac iterũ voce triumphet fac locutionẽ transitivam sic victrices indue laurus adde ablativũ absolute positũ victo hoste triumphet habebis carmen

Hoste triumphato victrices indue laures

Item polonica adverso Marti succumbit verte infinite et habebis finẽ carminis imo addito verbo personali infiniti modi cum suo casu nominativo et habebis integrũ. carmen

Quis putet adverso Lechiam succumbere marti

Hic etiam modus serviet tibi et in componendis carminibus polonicis. vg. Ex hoc sensu Zal mi

x

mi Polski verte hoc aliter vg. nad Polską mo-
ie wzruszyty się wnętrzności hanc locutionē
deinde verte passive et habebis versum mo-
do facili sic.

Moie nad Polską wnętrzności wzruszone
Prawa wolności gdy cienko zwątlone
Alius modus est per mutationem casuum vg.
ex hoc sensu Pavidi etiā vultū hostis timere
debent per mutationem casuū vg. nominati-
vum in Dativū Acusativū in nominativum
per mutando versū facies.

Est etiā pallidis vultus in hoste timendū.
v per mutationem temporū vg. illa senex me-
tuet Iuvenis quæ vicerat ante loco vincelat
ponis vicerat v per mutationem singularis in
pluralem Dura per ætates binas jam prælia
cessent ubi ætatem et prælium mutans plura-
liter v etiam per mutationem partis unius in
aliam militis esse fugare hostes non esse fu-
gacem ubi verbū fugare mutare in adjectivū
fugaces.

Modus componendi carminis per sensus sy-
nonimicos est optimus unde vero hæc synoni-
mia et nomina propria pro apellativis quærenda
sint in cnapio synonimia nominū propriorū

explicatione

explicatione invenies tantum teneas bene memoriâ nomen proprium ponat pro apellativo.
In componendis carminibus polonicis hoc etiam modo uti poteris ponendo v unum casum pro alio v numerum permutando v tempus v unam partem orationis in aliam vg. nomen Apellativum in proprium Co innego woyna co Innego nauka facile versum construes per mutationem ~~partium~~ nominis apellativi in proprium
Jak Pallas tak Bellona choc się z głowy rodzi Pallas iednak z Belloną w paragon nie chodzi
Est modus per allegoriam, combinationem, per Imitationem.
Modi Imitationis sunt 3es 1mo Si vis componere Elegiam lege alicujus optimi authoris Elegiam si Poëma tunc lege Poëma si odam tunc odam, in eadem materia v simili v contraria 2do Considera illius authoris inventionem qualem habeat 3tio Dispositionem et elocutionem et quid ex his placebit imitaberis v etiam in alia materia quidem sed tamen simili sic de facto Virgilius in scribendis laudibus Eneæ Imitatus est Homerum scribentem laudes Ulissis hoc modo Homerus quomodo Ulisses Jactatus fuerit procellis

procellis in medio mari Virgilius etiam Æneam
prœliantem cũ fluctibus confixit Homerus Palla
dem inducit solicitam de Achille Virgilius
autem Junonis gratiam et favores in Ænea
explicat Homerus coram Delatum Ulissem
suaq; narrantem discrimina comminiscet
Virgilius Carthaginem. Æneam defert eiusq;
sermonem de Bello Trojano suoq; et in re ap=
ponit &c &c &c
Modus itaq; 1mus imitationis est si autho=
ris dispositionem elocutionem retineas mu=
tatâ materiâ illius illi similem v etiam con=
traria unde aliquis scribit de Cœlo tu imitare
poteris in materia contraria de Inferno eandem
ponendo dispositionem et elocutionem.
2dus modus imitationis est si retentâ eadem
inventione aliam facies dispositionem et elo=
cutionem simul authoris facere tunc reus
furti dignaberis: poteris tamen sic imitari
ex soluto sensu facere ligatum ex ligato so=
lutum, brevem hic accipies informationem de
inventione dispositione & elocutione inventio
est materia ex circumstantijs rerum eruta ima=
ginatione 3a consideranda vg. Quæstio Status
& argumentum per quæstionem intelligit inter=
rogatio

quid sentiendum v dicendum per statum in=
telligit propositio seu meta et scopus ad hunc
scopum sunt 2æ viæ oratoris v statuere v n
statuere deinde unam arripit et hoc est pro=
positio vg utrum in Polonia augendus exer=
citus, Quæstio utrum augendus, viæ ad statum
aut augere aut non augere status est cum
se determinat ad unum ex his vg au=
gendus exercitus 3tio argumentum seu
rationes essentiales Nota essentiales quibus
res maxime comprobatur et hæ tres ad su=
mum 4or ad minimum 2æ (una enim ra=
tio esset arida) debent esse cuiuslibet vero
rationis essentialis dantur rationes 3es v
4tuor hæ vero rationes petuntur ex locis
Rhetoricis Intrinsecis et extrinsecis.
Dispositio est 2plex una totius operis,
alia argumentorum dispositio operis quas
partes Orationis adhibebis vg An Exor=
dium an propositionem, an confirmationem,
an confutationem an perorationem seu con=
clusionem an per omnes simul an per
aliquas solum tractabis orationem, Dispo=
sitionem argumentorum seu rationum quo=
modo an per silogismum an per Soritem tractabis
has

has rationes, sed quia hoc extra chorum saltare et in alienam evolare messem proinde plura in Rhetorica abundius disces.

Modo scias invenire tibi materiam per excogitationem rerum variarum ex circumstantijs enim rem colligere et facere messa Elocutio vero in Periodis in figuris in tropis consistit. Observationes ad carmen quodcunque pernecessaria.

Imo Poëtæ ponunt plusquam perfectum Infiniti pro præsenti vg succubuisse pro succumbere ad pentametri maxime compositionem servit 2do Sicut Oratores ita et Poëtæ ponunt verbum Infiniti etiam cum suo capu loco nominativi ut jam ~~est aliquid. valida~~

Est aliquid validâ sceptra tenere manu

Mutatio verbi activi in Passivum e contra Item amavere pro amaberis amêre pro ameris amârûnt pro amaverunt amavere pro amaverunt petijsse et petisse pro petivisse amarâm pro amaveram amasse pro amavisse et similia passim sunt obvia 3tio Poëtæ frequentissime ponunt numerum pluralem loco singularis non tantum in nominibus vg Sydera pro sydus sed etiam in personis et verbis nos fuimus pro ego fui. Item ponunt noster pro meus vester pro tuus

vobis nobis pro mihi tibi nos vos pro me te.
Numerus pluralis nominum si multitudo significet mutatur in singularem hostis habet muros pro hostes habent muros.
5to Poëtæ et oratores frequenter ponunt propositionem post suos casus vg. Saxa per et scopulos loco p saxa et scopulos
Huc spectat transmutatio sive tmesis in vocibus compositis præsertim ex præpositionibus Præter, circum, inter, præ supra, quarum singulæ partes separatæ aliquid significant ut circumdare pro dare circum Item priusquam antequam satisfacere quicunque &c &c
6to Ecclipsies præpositionum sive omissiones illarum sunt frequentissimæ præsertim in Interrogationibus ubi quo unde, maximè vero præpositiones istæ omittuntur ab, a, e, ex, de, in, quando significat w czym na czym. 7mo Relativa qui quæ quod cum verbo sum eleganter omittuntur quod per illa unum substantivum alteri adjungitur vg. Ut fugiant aquilæ tumidissima turba columbæ Ubi vides omitti Relativum qui et verbum sum talis enim est sensus columbæ quæ sunt tumidissima turba
8vo Participijs omnibus utuntur frequentissime Poëtæ

x

Pöëta ideoq; quod Oratores sensibus duobus illi uno eloquunt.

9no Pöëta ablativū partis quæ regunt tum adjectiva aliqua tum verba neutra eleganter mutant in acusativū.

Verba vestiendi voce passiva etiam ablativum vertunt in acusativum

10 Pöëtis Apostrophe est frequentissima porro apostrophe est quando sermo ad aliud-quodcunq; convertit sive illud sit vivens sive non.

11 Pöëta supina in um et gerundia in di, do, dum et Participia in dus, da dum libere et eleganter mutant in tempus præsens modi Infinitivi activi ug portare pro portanda legere pro legendis.

12 Omnia adjectiva possunt eleganter poni seu construi cum genitivo more græcor: ug lætus recrationis. Præter hunc Helenismū observa et cum quô dicimus Arcados Pöëseos-Tereos Æneidos pro Arcadis Pöësis Terei et Hectora Craterem Phlegetonta &c pro Hectorem Craterem Phlegetontem Item

arcados

x

Arcadas, Crateras, Troas, pro Arcades crateres in Acusativum numeri pluralis.

13tio Omnia Nomina quid in singulari significant plura qualia sunt aliquis, quis, pars turba Ist. Cum verbo plurali poni possunt. vg. pars in frustra secant.

14to Poëtæ quando ponitur hæc vox res cum adjectivo tunc hanc vocem omittunt et adjectivum ponunt neutraliter vg. ut Virgilius Ecloga 3tiâ Dulce satis humor pro humor est res dulcis & imitantur græcos

15to Poëtæ quando habent substantivum et adjectivum in genitivo v singulari v plurali vg. amæna Musarum pro Musa amæna serena cæli pro cælum serenum 2do Idem eleganter mutant adjectivum in substantivum et substantivum ponunt in genitivo vg inclementia cæli pro inclemens Cælum 3tio præterea quando sunt duo substantiva et unum ponitur in genitivo tunc hoc mutant in adjectivum vg. gaudia cælestia pro gaudia cæli 4to Utuntur deniq[ue] interdum adverbio v participio substantivo idest loco substantivi

et fungens

pro cœlo, jacens pro terra pura v inane pro aere

16to Adverbia mutant in verba vg. serus pro sero. etiam illa quæ tempus significant vg. Æneas se matutinus agebat pro mane Virgilius Lib 8 etc cum adjectiva hæc rebus aplicant vg. matutinos capillos.

17mo Adjectiva admittunt eleganter negationem duplicem ita ut prior significatio maneat vg. Non in-doctus pro doctus.

18vo Addo quando omnis locutio affirmativa bene per negationem possit explicari.

19 Adjectiva neutra ponunt adverbialiter.

20 Ablativus verbi passivi potest mutari in dativum. Huc spectant verba neutro passiva et deponentia solum illa a quibus Poëtæ formant participia præteriti temporis eaque passive construunt.

21mo Poëtæ conjuctionem et eleganter mutant in præpositionem cum. Item cum duo sint recti conjuctione ligati vertunt unum in ablativum cum præpositione cum vg. remo cum fratre &c econtra Remo et Frater Item Positivum in comparativum.

22do Poëtæ pro his vocibus sæpe v aliquoties ponunt

ponunt has ter, bis quatuor.
23tio Pöetæ quando multitudinem efferre volunt adhibent voces has centum, mille, multa millia etc vicenis v.g. vicibus ter geminis v.g. laudibus certum scilicet ponunt pro incerto.
24to Pöetæ utuntur verbo juvat pro verbis delectat, Expedit Item utuntur pro verbo volo stat v pro statutum est Item ponunt verbum sedet pro est v.g. Esset sedere.
25to Pöetæ ponunt istas voces multus plurimus in singulari ad plura significanda.
26to. Pöetæ ponunt hanc vocem pars pro his aliquis aliqui aliquid etc
27mo Adjectivum positum cum hoc substantivo pars potest poni v in singulari v in plurali concordando in genere cum illo substantivo quod reticetur sub hoc substantivo pars v penitus adjectivum in genere masculino v.g. pars in juveniles lusus versi hoc est aliqui milites versi.
28vo In narrationibus Pöetæ utuntur his et similibus formulis Hæc ubi fatus erat Hæc ubi dicta v Hæc ubi dicta dedit v Hæc ubi dixerit Talia fatus erat.

29no

2gno Quando rem gravem proferre volunt solent dicere Poëta Eloquar an sileam et omne
30mo In descriptionibus usurpant hæc vocabula jam et jam, jamquem magis pro magis potis est pro potest usq ad pro semper, Dempto fine pro sine fine.
31mo Invenies si est pro sit intersit pro intersit et similia spectantia ad Ephentheum aVelier, Ditior, Laudarior etc pro aVeli, dici Laudari et similia spectantia ad paragien riyt tendit etc pro diruit letendit et alia spectantia ad Enphæresin acturist brevist pro acturus est brevis est. Abstraxe, aspri anglus, Cydus, poplus, buicula pro abstraxisse buviculâ asperi populus &c et similia spectantia ad syncopen Hæc tamen minus observanda imo nunquam &c Unde quando vocē inusitatam leges adverte utrum n' contrahit v nō divisa per vocales v si n' est permutata v.g. Lodoicus pro Ludovicus
His tuto potest uti Religio Reliquiæ repullit, retulit reperit Mavors pro Mars Navita pro nauta, Navifragus pro Naufragus alituum pro alitum

alitum periclum pro periculum
3. 2do. Genitivi syncopati exceptâ 5ta Declinatione usurpari possunt etiam in participijs præsentis præteriti vg. pro fdventium faventûm Huc spectant Figuræ quæ contrahunt vg cui pro cuj quæ dividunt vocales vg. aulai pro aulæ his tamen cum croco et pipere utendum Figuris aliqua enim figuræ sunt ad excusanda authorum carmina quæ modo. vitiosa censent si imitaremur illorum licentiam.
3. 3tia Item Peregrina propria, quæ v. sola authoritate corripiunt v. producunt produci v. corripi possunt.
3ta Figura syntacticali utunt Poëtæ Synecdochæ quæ nihil aliud est, nisi quando adjectivum v. verbum conveniens toti seu cum toto regit partem totius in acusativo hoc est verbum v. adjectivum competens toti ponit cum acusativo sed acusativus debet esse nomen partis totius illius possunt ablativum regere sed hoc Historicis Oratoribus quam Poëtis est proprium Synecdochæ Exempla

Exempla in adjectivis nominibus 1mum Exemplu Synecdoche omnia mercurio similis vocemq colore et flavos crines et membra decora juventæ similis est adjectivum competens toti vocemq colorem acusativi partis 2dum Synecdochæ Exemplum in adjectivis Participijs scutis pro tecte corpore longis Virgilius.

3tium Ex Synecdoche inverbis neutris et passivis vg. stare pro nequit micat auribus et tremit artus.

35ta. Hellenismus est oratio quæ in latino Phrasi græcæ constructionis servat leges et imitatur græcos cum nominativus aliquando pro acusativo ponitur ut sensit delapsus in hostes pro se delapsum vg. genitivus pro ablativo desine mollium v cum adjectiva neutra seu quæ ponuntur in neutro genere aliqui substantivo usurpunt ut diximus vg. ferimur per opaca locorum v cum eadem adjectiva neutra in acusativo tum singulari tum plurali posita sumunt adverbialiter, sanguineis lugubre rubent idest Lugubrem in modum v quando verbis significantibus pugnam v contentionem

proablativo

x

pro ablativo ponit dativus vg. placito ne etiam pugnabis amori v cū adjectiva quæ ponunt cū gerundijs in di, do, dum, et cum propositione ad Gerundia mutant in Infinitivum ut dictum

36ta Frequentissima repetitio est Pöetis per repetitionem intelligit hic 1mo quando eadem vox bis ponit sive in initio, sive in medio sive in fine fit 1mo quando eadem vox nulla interposita repetit vg. post hume. 2do q̄do alia interposita repetit vg. bella mihi video video Bella parant 3tio quando eadem vox initio carminis et fine alterius carminis apetit vg. ab initio hexametri et in fine pentametri 4to Quando eadem vox in medio 1mi carminis et a principio secundi repetit Hoc enclitica q. etc monosyllaba et ince, non nil v quibā si etc frequentissime repetunt.

37mo Pöetæ verba activa qm neutra solent aliquando impersonaliter ponere ijsq. genitivum adjungere vg. desine querularum

38vo Nota universalissime quando verba adjectiva, metaphorica semper sunt ponenda ut adjectivū n. solū aptissime conveniat sed

Sotiū

totum carmini lumen decus affundat Carmen enim pro horum luminibus et metaphora venustates: sicut et Oratio Sententia potissimus tanqm decore et ornamento exornat. Quare de adjectivis cum Delectu adhibendis.

1mo Adjectivum quod competit personæ tribuit rei quæ nō est persona 4tuor modis potest tribui 1mo hujus personæ affectui vg. Memorem juvenis ob iram 2do hujusq personæ signi vg. pila militia pilis 3tio hujus personæ instrumento vg. tota inimica 4to hujus personæ actioni vg. Docta obvia.

2do Adjectivum quod competit affectui propriè est proprius illis tribuit causæ Tristi mersa favilla tristitia pertinet ad luctum quem hæ flammæ excitarunt v etiam econtra vg. Filla per artificem sæpe reducta bellum artifex est Bombix.

3tio Adjectivum proprium totius integralis eleganter tribuit parti vg timidis unguibus. timebat aquila fere Ganimedem et econtra Adjectivum partis integralis proprium tribuit toti et nō significans partem ponit in accūo per Synec

docen

immediate dictatam vg. Os humerosq Deo similis idest os et humeros habent similia Deo. Ipse triumphali redimitus tempora lauro loco tempora redimita.

4to Adjectivum rei contentæ proprium tribuit ~~contenti~~ Continenti vg. insanum forum vidit idest insanos homines res contenta, sunt homines forum continens.

5to Adjectivum proprium rei non viventis tribuit rei viventi vg. flammato corde et econtra vg Horatius cinerem dolosum dixit.

6to Adjectivum cuipiam rei conveniens tribuit substantivo metaphorico v metonimico seges ferrea virorum exercitus ferreus unde debes rem aliquam per similitudinem apellare seu nominare vg. Exercitus est seges flores sunt sydera terræ et sic habebis floribus terrestria sydera purpureum Iuvante lumen ~~est~~ etc

7mo Adjectiva quæ habent aliquam adjunctam negationem sunt usitatissima dum modo eundem sensum retineant vg non innoxe pro sine noxa non invenuste pro venuste.

8vo Futura participiorum ~~rum~~ pro epitetis usitatissima

usitatissima sunt ~~hæ voces sunt~~ vg nullos habitura triumphos.

9no Epiteta a nominibus Patronimicis ~~et~~ ista usitatissima sunt hæ voces ~~sunt~~ qui sunt, quæ sunt qui est ut dictum supra quamvis interveniunt in locutione omittendæ sunt. et hæc apposita seu omisso loco epiteti ponit

10mo His adjectivis notus conscius sæpius utunt Poëtæ, ut tam his quam illis quæ frequentius ponunt Poëtæ attende. unde prius te reflecte ~~an~~ antequam vis dare epitetum sive hoc epitetum sive adjectivum ornabit locutio v sit peculiaris rationè vim et significantionem auget. Quare mutatione substantiborum et adjectivorum adjectiva aliter reddant, aut ipsa substantiva v mutant numeri casus conjunctiones verbor ordo constructionis modi, et tempora unius aut alterius vocis accessione augeat phrasis

De mutatione Adjectivi

1mo Substantive ponit neutraliter in plurali vg. Cæli convexa pro Cælum pro Cælum convexum opaca locorum pro loca opaca

2do mutari potest adjectivum in substantivum

metonimicum

metonimicus vg Laudat pudor pro laudans pudicus.

3tio Adjectivus possesionem significans mutari potest in substantivus rei possidentis ~~entis~~ vg Patris ædes pro patriæ ædes

4to Mutari potest adjectivus in substantivum nomen rei factæ aut faciendæ modum significans. provida cura ducis pro Dux curans.

5to Mutari potest adjectivus in substantivum materiæ vg dici potest ebur cytharæ pro cythara eburnea.

6to Mutari adjectivum et positivus in comparativus potest item mutari potest in adverbius vg lene pro lenes dulce pro dulcis suave pro suavis molle pro mollis et similia ubi vides quod ter omitti potest n' suaviter sed suave sus modo accentus scribat

De Mutatione Substantivi:

Omni eô modo potest mutari quo et adjectivum

2do Mutari potest substantivum rei possidentis in adjectivus, significans possesionem vg Patriæ virtutes

virtutes pro virtutes Patris.
3tio Mutari potest substantivū speciej in substantivū generis modo generi addat adjectivū speciej proprium vg. loco aquila pone ales adde epithetum seu adjectivū proprium aquilæ vg. fulmineus.

Subst.ā: Specifica	Substat.t Generica	Adject.t Propria & Speciej
Aves	Gens Cohors Agmina	Ætheris incola pennata Sonora volatilū
Aquila	Ales Volucris	Armiger Titania
Gallus	Avis	nuncia lucis
Hirundo	Ales	Veris penuntia
Philomela	Nemorū Syren	Plumea
Pisces	Gens Populus greges Gentes Agmina	Æquoreum Natantum Squamigeri Fluctícolæ Muta natantiū
Laurus	Arbor	Phœbea
Cupressus	Arbor	Appolinea Venerii specia feralis

Flores Rosa	Sydera Opus Munera Flos	Herba Hortensia Flore + Terrestria Pestanus
Durum Marmor	Metallum Lapis	Fulvum Fulvus Parius Dalmaticus.

Quæ arboribus tribuunt adjectiva possunt car
remis et frondibus tribui.
2tio Mutari substantivum generis in sub=
stantivum speciej maxime in descriptione
veris loco flores in hortis micant elegantius
dices rosa Purpura in hortis micant
3tio Mutare potes substantivum in no=
men materiæ ex quo res illa facta est v.g.
cum dicimus æs pro tuba area ferrum
pro ense addendum vero tali substantivo
materia adjectivum tale quantum fieri potest
quod est maxime proprium rej factæ
ut statum appareat quænam sit illa res v.g.
nautica pinus pro navi ferrum volatile pro
tela ferrea

5to

5to Mutari potest nomen partis in nomen totius seu totum ponitur pro parte v.g. frontemque ignemque ferebat & econtra Substantivum totius in nomen Partis mutatur v.g. Limina penetrale pro ædes prora puppis carina pro navis Singulæ anni partes pro anno toto æstas, ponitur eleganter pro hoc messis. et

6to Mutatur substantivum causæ in nomen effectus.

7mo Substantivum significans effectum mutatur in nomen causæ. ingruit arduus æther.

Primi Rerum Inventores pro rebus a se inventis eleganter ponuntur v.g. Bacchus ponitur pro vitibus seu vino Ceres pro pane et segete Mars pro Bello

Similiter præsides et Dij Elementorum et aliarum rerum pro ipsis elementis et rebus ponuntur ita pro aere ponitur Jupiter pro igne Vulcanus pro aqua Tethis et neptunus pro pomis Pomana pro floribus flora

8vo Poëtæ tum a Patria tum a personis alijs ostendunt alterius personæ mores & conditionem ita ab illis pro luxurioso Sybbarita pro Crasso Thebanus, Dedalus pro Ingenioso

pro

pro latrone Procustes Scytha Thrax getu
pro feroce Baseris, pro barbaro Baschus
pro ebrioso narcissus pro pulchro Irus v Codrus
pro mendico Croesus v Midas pro Divite
Qno Elegalnter mutat substantivu rei
significante in ipsum signi nomen seu si=
gnum ponit pro re signata per hoc signu
signa antiqua quæ et modo vigent ~~cære~~
Cære Majorum nobilitatis immagines
Faces stella curulis, consularis potestatis
gius. Purpura Sceptrum
Corona Regnum
Toga Senatorium
Sagon Militiæ
Aquilæ Romanarum Regionum
Hodierna Principum et populorum signa quasi
stemata claves navis S Petri.
Pontificum ac eclesiæ Romanæ
Lilia Galliæ
Luna Turcaru
Aquila alba Polonoru
Signa literaria
Palliu Philosophiæ
Bucolicæ Fistula

Heroicæ

x

~~Heroi~~ Heroica Tuba
Pöesis Lirica Cythara
Fides Pöesis comica Socus
Trahica Coturnus.

Signa Pöetica
Alea, Toga,
Jani Templum sunt signa Pacis
Arma Sagon Apertum
Jani templum [clausum] sunt Belli
Caduceum signum Legationes
Laurus Palma victoria Signum
Amalthæ cornu Donorum copia

Signa Populorum à præcipujs Regionum fluvijs.

Signa Deorum.	Thamesis	Anglorum
Fulmen Jupiter	Sequana	Francorum
Per tridenté Neptung	Renus	Germanorum
Per caduceum Mercarius	Iste	Turcas et Hungaros
Per ægida Pallas	Tagus	Hispanorum
Per Clavum	Tiberis	Romanorum
Hercules	Nilus	Egipciorum
ac	Gangies	Indorum etc.

Substantivum significans continens pro Substantivo significante rem contentam Substantivum significans

significans circumstantiam rei cujpiam convenientem eleganter mutatur in ipsum rei nomen v.g. excussit infantem idest infantis Balbutiem gestas vulpem Sub pectore id est vulpinos dolos Rosa, Purpura pro color Roseus.

De Mutatione Casuum

Aliquando per apostrophe mutatur casus in vocativum in quæstione, quo acusativum cum præpositione in mutant in dativum in quæstione seu interrogatione acusativus cum præpositione per sæpius mutatur in ablativum sine præpositione ablativus a vel ab verborum passivorum in dativum illum refert.

Verba pugnandi quæ ablativum cum præpositione cum mutant in Dativum.

De mutatione Numerorum

Singularis Declinationum numerus mutatur in pluralem quando res aliqua singularis et una significatur v.g. Priamidum Regna manebunt. 2do Pluralis in singularem mutatur quando collectio significatur v.g. Miles Romanus pro Milites Romani.

Numeri cardinales aritmetici quales sunt unus

duo

x

duo tres quatuor 5q; eleganter efferunt per adverbia numerandi bis ter quatuor conjungendo illa v cum numeris cardinalibus vg. bis septem pro 4ordecem tercentum pro trecenti &c v conjurando illa cum numeris ut vocant distributivis quales sunt binus quaternus quinus senus deing bis v ter senli pro duodecem v tredecim turba v cohor sena pro sex turba v cohors dena pro decem turba novena pro novem his vocibus utunt cohors turba quando volunt Pöetæ exprimere numerum rerum sensitivarum Item Octonis actis natalibus id est postquam octo annos natus esset duo quinquennia pro decem cennis bina trigennia pro 6 annis. Mutant numeri cardinales in sequentes voces Amo in hanc vocem Lustrum quæ vox significat quinq; annos eo quod quinto quoq; anno urbs a censoribus Romanis lustraret. Item in has voces ingenium, Item in hac voce triens idest trium Annorum Item olimpias idem significat quod quinq; anni.

De Mutatione Verborum Modorum Temporum.

Amo Verbum proprium optime mutat in me

taphoricum

metaphoricum maxime si verba viventium tribuant non viventibus.
2do Verbum exprimens circumstantiam rei ponit pro verbo exprimente rem.
3tio Verbum proprium eleganter reddit tale quod circumstantiam rei significat.
4to Verbum proprium mutat in phrasim talem quæ pro tempore exprimit circumstantiam temporis v.g. Advesperas cito At Majoresq cadunt altis de montibus umbræ
Verbum proprium eleganter exprimit per phrasim talem quæ circumstantiam loci describit Infinitivus ponit pro indicativo præteritum perfectum tempus eleganter ponit pro præsenti conjuctivo Præsens pro ejusmodi Imperfecto eleganter ponit pro abluat ablu-erit.

De Mutatione Adverbij et Conjunctionis

1mo Adverbia mutant in adjectiva
2do In verbis conjuctio et omittit modo vox præcedens illam repetat apponatq illis substantivis quæ ligant. v.g. loco maximus et armis et toga dices Maximus ille armis maximus ille toga

hæc

hæc immutatio fit cum interrogamus. ~~qua~~ vehementiq.
vox significat 5q; annos quod quanto quoq; anno urbs
a censoribus romanis lustraret item in has voces bi-
gennium trigennium, quadrigennium. item in hæc trie-
teres idest trium annorum Olympias idem signifi-
cat quod 6q; anni. v affirmamus vg quid tibi cum
cyrra gelid etc Item dicam horrida bella dicam
acies loco et bella et acies v cum patetice describi-
mus. Mutatur etiam in cum cum aliqui enditicum
quo producant quando vox immediata incipit
a duobus consonantibus vg. terrasq; tractus
aliqui absolute producunt vg. Sideraq; ventiq;
nocent Tibi utrumq; non est observandum anti-
quis Poetis licitum fuit.

Atq; geminatur aliquando.

De Mutatione Sententiæ

1mo Augetur sententia repetendo vocem aliquam
ad majorem vim et ornatum 2do addendo adjectiva
quæ regunt casus ut sunt participia et alia adje-
ctiva. 3tio dilatatur sensus cum addis Epitetum
et postea mutas in substantivum utrique substantivo
addendo epiteta vg extinxit bellum adde adjecti-
vum incensum muta in substantivum incendia

adde

adde adjectiva et habebis Extinxit miseri funesta incendia belli 4to augetur a contrario seu cum alia Phrasis quæ a contrario ducitur et idem cum prima phrasi significant.
Quære 1mo Quid est contrarium non contradictorium sed contrarium et invenies pax sic pone ut idem sensum habeat bellum extinxit cum hoc, et habebis pacem revexit Dicesque

Extinxit Bellum pacemque revexit amicam
5to Augetur per ablativos absolute positos instrumenti, causæ, modi finis excessus
6to per Parenthesim quæ variis quasi de causis sed potissimum ad eorum quæ dicuntur aut fiunt rationem efferendam interponuntur sententiam [illegible] de Parenthesi vide supra
7mo Mutatur sententia per longiorem amplificationem. 1ma est amplificatio quæ dicitur ab enumeratione partium quando totum integrale vel totum genericum in suas partes distribuitur v.g. ex hoc argumento seu simplici v.g. Virtutes in ejus vita elucent. amplificare sic carmen

Excubat in medio tibi pulchra modestia vultu

Et roseus

Et roseus niveo regnat in ore pudor.
Simplicitas oculis sacra facundiâ linguâ
Rident ingenuis gratia viva labris
Majestas humeros placidam clementia frontem
Pura verecundus pectora candor habet.

Virtus est totum genericum Vultus totum integrale

2dus Amplificandi modus ille est, qui ducit ab adjunctis. Quis quid ubi quibus auxilijs cur quomodo quando. Aliquod carminibus exprimendo circumstantias Abbreviare potes sententiam per ea quæ audisti ciciendo.

Vocum Poëticarum et phrasium elegantia tota fere in figuris Syntaxeos a tropis Locis Rhetoricis præsertim enumerationis loco Rhetorico a figuris præsertim descriptionis figura Usurpatione fabularum Immaginatione Idiotismis Poëticis etc quare evolare Poëtam aliquem in omnes ejus partes confer oculos et si quid elegans apparebit hujus elegantiæ inquire causam non aliam invenies nisi illam quam modo dedi, quare hunc spectant ista multus plurimus.

Quædam vocabula Poëtis sunt familiaria vg. est v. sunt pro aliquis v. aliqui bibere fluvios

pro

pro habitare apud eundem.
Item hæc Substantiva Donum Munus frequentissima sunt a Pöetis Item hæc
Opes, Honor, Decus, vg Munera v dona Cereris pro frugibus veris opes v honos pro floribus decus cæli pro stella hoc nomen Decus mutant etiam in Decoris substantive sumptum. Utunt hac voce Sylva quando ad frondes alicujus arboris, aut folia Plantarum transfert istis adjectivis, Regnatus triumphatus erratus utunt.
Anima Purpuream vomit ille animam id est sanguinem.
Et Molles Zephirorum animæ id est flatus.
Sedes ponit pro domo Regno
Juventus Voce hac utunt Pöetæ quando de multis hominibus sermo est.
Confessus Arguita confessus Gelido pallore timorem
Cado Ad significandam victimarum cædem usurpat.
Do pro mitto
Juvat ponunt pro delectat.
Decet pro Expedit v oportet
Stat pro certum v certus sum v certus volo.
Se Deo

Sedeo Pallor in ore

Surgo vg. Surgit opus.

Ecce habes Idiotismos pöeticos ut notus bibo juvat stat &c. Sententiam seu sensum Poeticum ut eleganties comperias fac imitationem cum optima sententia alicujus Pöetæ classici quare eximius vocum delectus Metaphora optima Circumlocutio Figura Syntaxeos quædam loquendi formulæ Pöetis usitatæ ahibendæ sunt, unde voces hominibus proprias ad res transferre n viventes est optimum.

Circumlocutio ducit 1mo a varijs rei aut Personæ adjunctis cæterisq etiam locis Rhetoricis vg. Definitione vg. Rex Nemorum Libicæq Leopopulat arenæ Concretas jogio figere videt aquas id est Glaucum.

Aspice quam densum taciturum vellus aquarum idest quam densa nix Ducitur circumlocutio a fabulosis rei aut personæ adjunctis alijsq Rhethoricis ad fabulas alludentibus vg. cum primum crastina cælo puniceis inveda rotis aurora rubebit id est ad primos auroræ crastinæ rubebis.

Amplificatio

Amplificatio Pöetica per Similitudinem exornat
Pöetis describere famem discordiam est familiare
unde si descriptio rerum fiet quo plus fabula nō
asperseris ut si inhorti descriptione ludentem
inter flores Zephirum ridentem Floram ac
hujus modi lusus paveris.
In descriptionibus personæ describunt vultus
mores ingeniū etc
Observationes ad Carmen notatu dignissima.
Substantivū tuū quod habes in locutione
simplici pone in genitivo adde aliud ipsi utriq;
v uni adde adjectiva si materia desit addi po=
test substantivo aliquod adjectivum v parti=
cipium regens aliquem casū tum isti capui
si necesse sit adde adjectivū vg: Si faceres
carmen ex hoc venit Laurea adde adjecti=
vū quod construit cū aliquo casu vg: digna
comis eritq; carmen.
Venit honoratis laurea digna comis.
Similiter adtende adjuncta. Quis quid ubi &c
Si materia adest tū adjuncta illa unum v
plura

plura prout necessitas exigit interpone vg. faciendo carmen ex hac materia ubi sum locutus quære ex te quibus auxilijs sum locutus et statem occurret tibi ore lingua deinde quære quomodo sum locutus et dices timidè modeste audacter, Hæc adverbia muta si necesse sit in substantivum vg. cum timore ulterius quærere poteris quod sum locutus et dices sermones voces ~~membra~~ verba, Interroga quæ et qualia verba sum locutus et dices multa pauca præterea quære quis est locutus et dices ego adde adjectivum timidus audax et erit carmen

Hos ubi sum lento sermone ore locutus.

Circa carmen hexametrum et Pentametrum hæc observa 1mo Repetitio ejusdem literæ frequens in Initio vitanda vg. o tite o tute o tate, tati tibi tanta Typpanem tulisti 2do Verba similiter desinentia vg.

Cadentiæ in medio quasi leoninæ vg.

Quærebat flavos per nemus omne favos.

Voces unius syllabæ et quatuor syllabarum insuper Pentametrum etiam trium Hexametrum

et

& Pentametros male finiunt.
In Pentametro adjectivus in fine poni debet, præter meus tuus suus nec ultima syllaba in Pentametro debet terminari in aud aliqui docent Potest carmen hexametrum claudi voce uni syllabæ ut elidatur vg. ab alto est & etiam pro Spondeo ponuntur duæ voces unius syllabæ vg sat est est Laus est.
Cæsuræ omnino deben esse in omni carmine in hexametro trochaica maxime —

Hæc cæsuræ sun 4or.

1ma Pentenimeris seu semiquinaria est quando post primos duos pedes manet syllaba longa claudens dictionem vg arma Virumque cano.
2da Trochaica Quando post primos duos pedes habet duas syllabas unæ longam alteram brevem sive trocheum qui dictionem claudit vg. Non omnes arbusta ~~juv~~ etc
3tia Heptenimeris Latine semi septenaria quando post tres primos pedes habet syllabam unam quæ claudit dictionem vg Multa super priamo rogitans

4ta

4ta Bucolica sive tetracodia quando post tres pedes habent duas syllabas breves v.g.

Terra sium inter fructus apperit.

Unde veteres Grammatici cum Diomede versum heroicum in quatuor partes secuerunt illasque sectiones vocarunt cæsuras.

In Pentametro 1ma cæsura debet claudere vocem nec debet esse monosyllaba quare malum est istud carmen.

Inque sinus afflictus fluit imber aquæ

Verba nimis longa vitanda præsertim quando spondæi occurrunt unde ad maximum quinque syllabarum vox Adjectivo et substantivo aliquid interponitur et prius ponitur adjectivum quam substantivum. Tam examentrum quam pentametrum est suavius si a dactilo incipiat sed minus de ista conditione quare pedes materiæ sunt aptandi in omni carmine si enim in carmine sit mora colluctatio aut difficultas exprimenda si vehemens affectus si tempus si tempus si celeritas exponenda dactili adhibeantur. Virgilius luctantes et laborantes exprimebat spondæis. Carmen hexametrum amat verba et adjectiva sonantia

×

sonantia qualia sunt participia in ans v. ens 3tio
Participia passiva præteriti temporis futuri primæ conjugationis.
Crebræ elisiones vitandæ sufficit enim una et tamen vocales quæ eliduntur non debent esse similes ug supra alea turpis elisio talis ab initio carminis non ponitur elisio.
Elisio tunc adhibenda quando res bene exagierat quæ tamen elidi debet

Exempla Pentametri.

Spargit flammigeras fera Diana faces
v Expectant lachrimas amphiteatra meas
v Inter Hidaspeas eminuisse rivos
v Incustoditæ diripiantur opes.

Observanda circa carmen Horatianum.
Hoc carmen Epitheta debet habere graviora longa. 1mum et 2dum Carmen ab initio non debet habere duas voces duarum syllabarum in 3tio Digitto ni sit vox unius syllabæ per digitum intelligitur pes pes debet habere pentemimerim Semipes debet terminare dictionem nam finitur voce unius syllabæ 3tius. Versus Horatianus potest

potest inchoari a voce dissyllaba sed non debet sequi vox duarum syllabarum Item vox potest finiri in tertio digito quare potest carere heptemimeri Non clauditur voce unius syllabæ quare tertium carmen Horatianum potest esse tale.

Lenite clamorem Sodales.

Quare in tertio versu suo Horatius rarissimè habet duas voces duarum syllabarum et raro unam dissyllabam sine monosyllabo.

Stropha Ode Horatiana.
Virtus repulsæ nescia sordidæ
Intaminatis fulget honoribus
Nec sumit aut ponit secures.
Arbitrio popularis auræ Lib 3do Oda 2.

Observa circa carmen Iambicum quod versus Iambici nunquam admittunt Trohæum 2do quod versus Iambici non catalectici qui destinati sunt materiæ jucundæ v Rythmis sunt Elegantiores si careant cesura Ave Virgo Parens Dei Esto memor rogo mei. Si tamen vox ponitur in fine trium syllabarum ug Tuere troes Illium est carmen Iambicum

Iambicus Archilochicus Iambici catalectici cæsuram requirunt vg. Mentesq fulminant est anacreonticus carmen. Quod si vero alternatim ponunt versus Catalecticii cum Acatalecticis jam acatalectici non debent terminari voce duarum syllabarum quare Pater Balde Acatalectico Iambicus terminavit monosyllabo ut alterna mors alterna sors quod versus Iambi alterna fata trudunt idem dic de omnibus qui in materia suavi aut tenera Rithmis versant debent omnino carere eli= sionibus. Versus Iambici magis fluidi sunt si solis spondejs aut Iambis constent. De= lectat verbis et Epithetis longis et gravibus

Senarius Iambicus.

Dimetrum si verset in materia gravi delectat cæsuris quare leges Senecam In singulis versibus finit sententia sed eleganter Phrasi potest per plures versus. In quinto digito eleganter finit verbum v neq in medio finiri debet Senarium Iambicum optime terminat dissilabo v voce unius syllabæ si ultimâ syllaba ante hanc

vocem

vocem unius syllabæ elidet raro trissilabo aut quadrisyllabo nisi in trissilabo fiat elisio. Versus Anapestici sunt optimi si nullam habeant cæsuram sed singuli pedes singulis vocibus terminant v.g.

Tertia misit Bucina Signum.

Nondum seræ nuntius horæ. Lege Senecam.

Observa 2do quod similiter versus Trochaici fluidi sunt si careant cæsurâ et elisionibus. v.g.

Crux fidelis inter omnes arbor una nobilis

Trochaici enim versus potissimum materijs jucundis destinati sunt. Adverte carmen Trochaicum Alemanicum n debet inchoari a voce trium syllabarum, neque in tertio digito debet incipere a trissyllabo. Quare sunt mala ista carmina Plausibus nunc Musa lude et musa Laude Plausibus sed debet inchoari vel a dyssilabo vel a monosyllabo et hoc sequente trissillabo sed universalem accipe ad omnia carmina regulam. Imo quando vis aliquod carmen non scabrosum scribere scribe ad imitationem hujus authoris qui maxime excelluit in his carminibus voces

tot

tot syllabarum ponendo quod continet authoris carmen.

2do Materiam praescriptam ad quodlibet carmen debes invenire Epithetum unum solum addi debet substantivo quodsi illud substantivum repetatur potest et adjectivum illius repeti quodsi vero intercedit aliqua conjuctio et vel, nec, addi potest et secundum Adjectivum substantivo vg Ille asperet improbus ira quam hae conjunctio saepe comittitur Participia cujusvis temporis substantiva quamvis habeant adjectivum adjugi possunt

Nota Quod Epitheta et verba quae tropum aliquem involvunt praecipue metonymiam Metaphoram adhibenda sunt imo curandum est ut nullum sit verbum y adjectivum quin non involveret Tropum

Epithetum debet esse materiae accomodum semper, unde quaesiturus illud bene intellige materiam ne sit jocosum in carmine heroico debent esse usitata optima.

Adjectivis adjungunt Infinitiva unde inpromptu habeat illas voces et pedes illos quae praesenti

x

carmini præcipuè serviunt vg. compones Disticha seu hexametrú et Pentametrum habet dactilos spondeos Jambos deinde in promptu habeas illa substantiva ex quibus finis utriusq; carminis facile haberi potest qualia sunt nomina Declinationis 3tiæ habentia incrementum breve pro hexametro vg trames dives palmes etc corpus etc tum nomina Virilú item omnia nomina neutrius generis vg. murmur, nomen tramite longo murmura ponti ex his enim facile finis Hexametri et Pentametri confici potest.

Facilem sibi usú Epithetorú facies si eos ex Libello. aliquo in promptu habueris.

Noveris Participia formare à verbis adverbia ab adjectivis adverbia ab adjectivis compara. a positivis.

Materia si sit Difficilis resolve illam in verba simplicia et bene intellige.

Invento fine carminis imple hiatus carminis seu ubi desunt pedes illa imple adjectivis verbis etc loco apellativi substantivi pone proprium nomen vg Loco Medici Esculapii

nomina

Nomina composita adhibe ex duobus nominibus sed usitata vg Flamiger flammierus.
Substantivis adjice eorum definitiones.
Metaphoris audacioribus hiperbolis utuntur Poëtæ. vg fulminis otior alis Patronimica ponunt loco propriorum nominum vg Loco Æneæ Anchisiades.
Periphrases allegoricas loco simplicis nominis ponunt eruditionem vg loco Divitiis cresus.

DOCTRINA DE CARMINE POLONICO.

Quæ dicta sunt de carmine Latino idem proportionate intellige de Carmine Polonico.
2do Præterea quæ habes supra expressa Hæc observa quod carmen Polonicum est oratio metrica certo numero syllabarum cæsura et cadentia constans. Unde primo annotandum est quod syllabarum carmen vis componere quo loco debet esse Cesura.
3tio Quid in primo quid in secundo. quid in 3tio annotandum materiam et sensum simplicem

4to Cadentia, 5to permutationes casuum et aliæ observationes quæ in latino observandæ.
Aliquæ tamen n' possunt adhiberi observationes sed Iudicium ista considerabit.
Cadentia est similis desinentia syllabarum.
In Carmine Polonico Cæsura et cadentia veniunt ad observandum.
1mo quod Cadentia debet esse in semiduabus syllabis.
2do Optime erit cadentia si una fiat ex verbo altera maxime ex adverbio v una ex substantivo altera ex adjectivo, v una ex nomine altera ex adverbio pertinente ad aliud substantivum v una ex verbo altera ex nomine nunquam aut saltim rarissime veniat pro cadentia adverbium cum adverbio verbum cum verbo, substantivum cum substantivo adjectivum cum adjectivo etc.
Nota esse malam cadentiam si simplici verbo respondet compositum vg. Bieży Zabieży Item monosyllaba vg most post migdał dał Tyk był Item malæ sunt istæ cadentiæ in sci osci iqck onego owi vg. Wodzowi Złodziejowi onemu szy bywszy biwszy ono et aliæ tritæ et obviæ

Item ex pro nominibus twoia moia malæ sunt cadentiæ siebie moim twoim mala est cadentia quando ultimæ vocales non habent eundem accentū vg gòra po=kora Item quando n' sunt duar: syllabarum vg Ten niedługo żyie

Kto często piie

Quando vis componere carmen Polonicū relege optima carmina polonica vg. Kochanovij Twardovij et ad imitationē illorū compone i Iota et y ypsylon parum viciant.

Cæsura ēst syllaba residua in fine alicuÿs vocis post certū numerū syllabarū. Cæsura debet esse ultima syllaba vocis. Cesura monosyllaba n' debet esse præsertim in carmine plurium syllabarū.

Nota quod carmen Polonicū n' ascendit ordinariè ultra tredecem syllabas, in carmine 3tedecem syllabarū 7mo loco cæsura debet esse in duodecem syl: 6to loco

Choćbyś się na cnotę krzyże sprzysięgli miały

Przeciesz ie ÿ nie zwątli choćby y swiat cały

In carmine 11 syllab: debet esse 5to loco in carmine decem syllabarū etiam 5to loco vg.

niedufay

Niedufay fatom roskoszna młodzi
Swiata nie ieden Absalon zchodzi
Niezatapiayżsię w żadney ozdobie
Gdy wszystko w krotce zgnie będzie w grobie
Zyay skromnie radzę żyi cnotliwie etc.

In carmine 9. syllabarum 5to loco v quarto
In carmine 8cto syllabarum 4to loco.
In carmine 7tem syllabarum 3tio loco v 4to
In carmine 6 syllabarum tertio loc. vg.

Po podobrych odzieniach
Y Drogich kamieniach
Po modnym ubiorze
Smierć wszystko zabierze.

In carmine 5que syllabarum 2do aliquando 3tio
In Carmine 4or syllabarum secundo loco ordinarie tamen infra 5que syllabas carmen polonicum non descendit.

Carmen 4or syllabarum caesura non indiget Carmen 3rium syllabarum et hoc non indiget neque enim est est in usu nisi in carmine composito sive oda polonica qualia et haec sunt in quo.

O moy Boże
Czy tyż może
Bydz w Niebie
młodość

x

Młodość płocha
Gdy świat kocha
Nie ciebie

Nota aliquando carmen tertium respondet primo in terminatione quartum 2do
Nota quale et in quali materia scribit Epigramma latinum tale est polonicum pro diversitate materiæ Gratulatorium Salutatorium etc etc etiam includit necessario conceptum Poëma polonicum eandem habet partes quas et latinum
Nota quod carmina Polonica possunt vocari Saphica Horatiana ac per odas scribi vario genere non ex eo quod composuerit Saphus vel Horatius sed ~~quod~~ tot carmina tot syllabas habet quod Saphica vel Horatiana ut

Powstanecie Marsa rozwinione znaki
Zbroie kirysie stalowe szyszaki
Doday żelaza z twey ętny wulkanie
Wielego stanie

Carmen simplex est illud quando uno eodemque genere carminis constat si primum est carmen 13 syllabarum ita et omnia sequentia sunt 13 syllabarum
Compositum carmen est illud quod non uno genere carminum constat sed vario tales sunt odæ ut

quando

quando duo carmina sunt 10 syllabarum et duo 7 syllabarum v. etiam stropha constat ex duobus carminibus 1mo 12 syllabarum 2do 8cto syllabarum vel duobus primis 12 syllabarum et duobus octo syllabarum v. etiam Saphica Oda 3es versus Saphicos 4tum Adonium in eo sensu ut dictum v. etiam duo versus 11 syllabarum, ~~unde varie possunt~~ ponunt et alij duo 8cto syllabarum unde varie possunt scribi odæ quare si vis componere odam prius perlege odas Kochanovij Twardovyi v. classici Pöetæ.

Nota quod non solum versificator sed Pöeta in componendis carminibus poloniicis elucere debes. Etiam rudissimi numerum observant et cadentiam et nihil prætereà curant. Tibi non sint ociosæ voces solum ad implendum carmen ponendæ item obviæ dictiones minus pertinentes, conjunctiones, adverbia, casus communes inviti Æ tradi solum ad complendum pro eminena vocis superfluæ quales sunt in his carminibus de Pilato

Słuchayćie wy Rabinowie
Oni barzo y Żydkowies
Ja u Myi-wam swe dwie rzeces
Zem ia dziśiay niekrzywo tey mącie
Tego cztekà z Nazaretu
Ktory nima on Biretu &c

Quæ vile ingenium et quanta ruditas elucet unde

debes

habere Imaginationē pulchrā polonicā phrasim optimam quare pro nomina Relativa ugi go ktory n̄ solū in cadentia sed etiam in carmine vita ponere quare loco istorū Relativorū pone substātivū aliū sensum faciens, quare n̄ solum pro cadentia sed etiam pro toto carmine pulchrā et elegantes n̄ vulgares v obviā n̄ facile reperibiles sed metaphorica usitata in lingua Polonica adhibebis. Voces aliquando obviā cadentiā, sed raro et tunc apponuntur quando ratione proverbij, aut ratione Lusus in verbo, aut ratione sensus eximij v ratione sententiā ponuntur. Ponatur in versu nominativus cū adjectivo, verbū activū cum casu acusativo, Casus propositionis addatur quotiescunqȝ v adverbiū dictum supra.

Comptissimum reddet carmen si sensus graves atqȝ sententias ideo universales sensus, adagia usitata Phrases polonicas adhibebis cū recta ad materiā applicatione. Voces et verba debent esse pure polona sine macaronismo n̄ simplices n̄ vulgares sed Metaphorica.

Sensus integer clarus de Ingenio v acumine quia hoc est principale carminis Polonici ornamentū. Carmen Polonicū exornatur similitudinibus quæ ab aëre cælo terra igne aqua et in illis rebus quæ in his continentur Item Symbola emblemmata similitudines

litudines solent primo expresse poni tunc dw per illas particulas iako tak y nie tak vg. iak gdyby tak y nie tak y nie inaczey tylko iak &c. vg.

Iako zwierz w lesie otoczony w koło
Wtyl go pogonią a sieci na czoło
Tak człowiek w gęstwie niehamowney złości
Na hak przychodzi szatańskiey chitrości

2do tractantur similitudines occultae tunc dw similitudo ponitur sine istis particulis similitudinis y etiam tunc dum nisi una particula ponitur expresse altera correlativa reducitur vg. Nie inaczey iak gdyby na kształt Exemplum habes ex illo Carmine Dimetro seu duobus metris vg.

Nieufay męstwu Bog ludzką siłą
Rzuca iak piłą.

3tio Exornatur carmen Polonicum quando eruditiones historiae fabulae brevissime ponuntur in carmine. v.g. illud historice y Fabulae punctum quod tuae Materiae inservit ex qua componis carmen

4to Exornatur etiam sicut omne carmen per circumstantias et adjuncta. 5to Exornatur optime dum venusta immaginatione seu significationes sive simplici sive erudita adornatur. 6to Ornatur carmen Polonicum si sensus uno carmine trahatur in alium 7mo Sicut carmen latinum ita polonicum ornatur figuris vg. hippotiposi prosopopeia Interrogatione exclamatione Repetytione Epiponema et aliis Item locis Rhethoricis Item tropis sententiis similitudinibus eruditionis

tam

x

tam Poëticis qm Rhetoricis fictionibus imaginationibus parentheses aliquando adhibet ad ostendendum aliquem affectum tali modo choresceres hoc facimus justo dissiunt sua verba dolori etc ~~Porro~~ Pro amplificatione plurimum valeret enumeratio partium v formarum sub genere contentarum vg. Si florum pulchritudinē velles describere varias florum species vg Rosā narcissum violas recensebis et exornabis annum per ejus partes 4tuor alios amplificandi modos suggierunt Loci Rhethorici ut sint antecedentia et consequentia similitudines comparationes adjectiva p comparationē cum ~~sub~~ substantivis vg aquo justior alter quo n potentior alter Justissimus omnus hominē levem comparabis cum folijs crista vento aura unda nube hominem trementem cum mari populo arista canna pallentem cum frondibus in autumno buxo alba cera timidum cu magna cerba columbâ lepore ave lugentem cum moritura cygno iracundum in Leone apro vipera tygride aquo Tauro hominem curis agitatum comparant cum mari ventis ~~fonti~~ contrarijs agitat arbore casurā vg. conscientiā mallam cum Ticij vulture constantem comparant cum rupe petra hominem crudelem cum ferro Busiride Leone etc laborantem cum apibus.
Duos amantes cum castore Polluce cum Pilade et Oreste cum tartaro v hidropico belli duce cum fulmine

Tunc

x

Hunc spectant, comparatio & collationes quarum positivus mutat in comparativum et illud nomen ponit in ablativo candidior sole nive percandidus est inconstantior aurâ ventis foliô ~~durior~~ levior quercu saxo marco adamante surdior melle dulcior ambrosiâ nectari durior frêtô scopulis undâ truculentior Tigride ursô Dracone severior Busiride Falaride Leone &c &c &c.

PARAGRAPHUS ALIUS. DE EPIGRAMMATE.

Epigramma juxta alios Epigraphen quo ad vocem est inscriptio componit ex Graeco Epos quod significat carmen et ex nomine gramma quod significat inscriptio eo fundamento nam hujus modi seu talia Epigrammata loco Elogiorum inscribebant foribg templis immaginibus sepulchris statuis

aulis

aulis palatijs navibus, clipeis tropheis Columnis aris, cæteris magnificis operibus.
Epigramma quo ad rem est quoddam acutum et breve pöema aliquid ex dictis ingeniosum eruens. Dicit Pöema quia continet in se propositionem et rationem ingeniosam et quia solet esse immaginatio et fictio ingeniosa in Epigrāmate sicut et in Pöemate. Dicit breve quia Epigramma ultra duodecem carmina excedere n' debet alias n' differt ab Elegia dicit acutum quia Epigramma sine acumine nullum est unde v conceptum v acumen debet habere epigramma. Dividit vō in simplex et compositum, v in pure sacrum et morale in pure Panegiricum seu profanum Simplex est quod in fine nullum habet conceptum sed pure rem describit sine acumine. Compositum est quod in fine habet aliquam rationem ingeniosam seu acumen ex eo dicit compositum quia componit ex propositione et acumine. Morale est quo res describunt sacræ v Historia et In fine

danf

x

dantur conceptus. Panegiricus est Epigramma quod ordinarie solet adhiberi in scholis pro salutationibus honoris festorum nominum, estque illud quod includit laudem ex circumstantiis honoris v festi v stemmatis v personae. Diciturque aliter Plausus Poëticus et tale epigramma est compositum habens quaestionem seu sensum per interrogationem v aliam figuram formatus ex aliquo adjuncto sive loci sive temporis sive honoris sive personae et ex ratione ingeniosa itaque scias hoc Epigrammate describi salutationes gratulationes. Virtutes Epigrammatis sunt tres, brevitas claritas et acumen, brevitas consistit ut non excedat ad duodecem carmina alias transit in Elogium claritas consistit in hoc ut sint voces venustae non obscurae neque remotae a trivialibus quaedam suavitas ductilitas comparanda est, ut jucundum et amabile carmen profluat servandum Proinde ne tractus epigrammatis sit asper et hiulcus dura syllabarum collisione ingratus

ac

ac per latebras fluens acumen in hoc consi=stit ut in se includat argutiam seu inexpedatam responsionem ad questionem cur quare

Modus componendi Epigrammatis.

1mo Invenias tibi materiam et sensum pro epigrammate quem vis exprimere in hoc epigrammate unde debes anotare circumstantias illius materiæ ex qua scribis et considerare quale epigramma debet esse an salutatorium an funebrale an gratulatorium 2do Rationem ingeniosam seu conceptum forma tibi 3tio quali modo compones hoc epigramma a qua Figura inchoabis an admiratione an per apostrophen seu allocutionem v prosopopeiam inducendo loquentes v per Interrogationem v per rejectionem v per hippotiposim seu descriptionem energicam quasi oculis id videret quod describis v ab aliqua immaginatione Poetica ita tamen ut ipsa nõ careat ratione ingeniosa. In primis itaq carminibus Epigrammatis expones id quod assumpsisti pro materia Epigrammatis per quæstionem seu

Interrogatt

J. M. J.

Interrogationem hanc quare, v cur v quare hic habet pro stemate lilium et in ultimis carminibus apte respondeas per rationem ingeniosam quia habet candorem animi. V si prius ponatur ratio ingeniosa et postea inferius ipsa propositio.
Est etiam modus cum in carmine lusus quidam per Paranomasiam alicujus v aequivocationem v cum jocus exprimitur acutus seu per modum rationis seu per modum sensus alicujus inexpectati enati ex combinatione.
Epigramma si alicui Sancto inscribitur tunc assume circumstantias vitae illius Sancti et breviter expone per aliquam Figuram et subjungendo ratio ingeniosa ex eodem puncto v etiam sine figura propone vitae illius sancti punctum et ratio ingeniosa per Apostrophen v aliam figuram subjungenda
Si scribitur gratulatorium nominis, tunc assumpto puncto vitae Sancti Patrocinii illius cui gratularis v etiam apprecatio fiat ex eodem Puncto ut Gratulando Alojsio.

Aloysio Gonzaga

Quos Gonzaga tuus sceptra reliquit honores.
Hos tibi dent superi corde praeeat amor.

Si scribit in applausum adepti honoris tale Epigramma melius est si illi pro conceptu aliqua fictio sed ingeniosa inserat cum illusione ad illius stemma, si funebre scribit Epigramma pro illo materiam suppeditant circumstantiae mortis cum expressione doloris, ingeniosa etiam fit allusio ad illius nomen v stemma ex circumstantia mortis.

Epigramma scribit pentametro et hexametro. possunt etiam scribi Phaleucio v Scazontico v Iambo sed raro.

Exempla Epigrammatum sunt floridissima in Patre Sarbievski in Patre Ines in Thesauro in Massenio Sautel.

Nota duas partes esse Epigrammatis antecedens seu Propositio 2do conceptus ~~est~~ et de illo Paragraphus 4tus.

PARAGRAPHUS 4tus
De Conceptu eiusque Fontibus.

Conceptus

J M J

Conceptus est ratio Ingeniosa seu clarius est sensus aliquis erutus ex consideratione et combinatione duarum circumstantiarum. Hic conceptus fit cum circumstantijs alterius rei ita combinantur ut ex hac combinatione eruatur aliquid ingeniosum. Locutiuncula dicatur ingeniosa aliqua sive per responsionem sive non. Unde optimè nota ut formes conceptum duas res semper considerare debes 1mam rem illam pro qua vis conceptum formare quae saepius in recto ponitur 2do Illam quae adjungitur 1mae rej et haec secunda saepius ponitur semper enim quoties conceptus formantur duae res se obtrudunt. Nota 2do Dixi sensus quia non omnino opus est ut pro conceptu sit ratio deducta ex ista Interrogatione quare hoc ut respondeas quia potest esse conceptus et non ratio sic deducta per modum rationis sufficit enim dicere sensum aliquem pulchrum polonice domysł et eo ipso erit conceptus. Conceptus vero alius est oratorius qui sensum habet ingeniosum oratorium ex solida combinatione alius

Panegiricus

Panegiricus qui in laudem alius Poëticus qui continet in se aliquid Iocosum v aliquam equivocationem v Paronomasiam v ridiculu et hi conceptus vocant morales. Conceptus autem moralis est, quando inexspectata aliquâ Politicâ v moralis ad mores spectans doctrina eruit.

Conditiones sunt 3es 1ma accipe illam rem pro qua conceptum vis formare quæ ponit in recto et secundam illâ rem quæ adjungit illi et separatim illas scribe v in mente colloca.

2do Circumstantias proprietates 1mæ rei brevissime una voce collige per modum litanearum in una parte chartæ similiter secunda rei (in aliquo imo et 3tiæ quando occurret) collige circumstantias et in alia parte charte describe. Circumstantiæ nihil aliud sunt nisi proprietates rei ex hoc versiculo Quis quid ubi quibus auxilijs cur quomodo quando deductæ unde cujusq rei circumstantias ex hoc versiculo quis et quid &c ~~Invenies~~ Investiga

3tio accipe unum ex his circumstantijs 1mæ rej et quere illi talem in circumstantijs proprietatem 2dæ rej qua habeat secum aliquam similitudinem v proportionem v relationem v assimilationem v oppositionem et inventâ tali circumstantiâ sic combina illas ut aliquem sensum eruas tali modo v.g. hæc circumstantia habet hoc, hæc hoc, sic convenit v opponit cum hac, quid dicam sensu ingenioso et dic sensum pulchrum brevem, quem tibi ipsum ingenium suppeditabit et Fontes conceptuum illevabit ad facilliorem conceptus formationem secundæ rej accipere verba et voces 1mæ rej et econtra.

DE FONTIBUS CONCEPTUum

Conceptus alij sunt in verbis alij in sensu 1mus fons conceptuum ab æquivocatione porro æquivocatio est vox habens significationem variam unde conceptus ab æquivocatione est quando ex diversa significatione unius ejusdemque vocis eruit sensus ingenius v.g. Gallus hæc vox potest significare hominem ex gente Gallica et Gallus Gallinaceum ut quidam

in

in Anglos v Gallos victos non mirum robur cum senserat Anglus ad Gallicanum fugierat ita Leo v etiam quando una vox dividitur in duas divorsum inter se habentes sensum vg hac dictio Paris divisa in duas par, is. significat rowny ten v Etiam quando una eademque vox sub diverso themate accipitur vg hac vox Paris sub uno temmate est nomen sub alio verbum a Pareo porro Paronomasia est.

Pdus Fons est per Paronomasiam quando ponuntur duæ voces similes quo ad Literas diversum sensum involventes unde ex duabus vocibus similibus sibi in aliquibus literis et syllabis dissimilibus vero in significatione eruitur sensus ingeniosus vg homo humus. sic quidam Lusit.

Est homo sicut humus supra se tollit ipsum.
Monte superbit humus mente superbit homo.

Ex hoc fonte potest erui conceptus ano si alterutri vocum detrahatur v superaddatur aliqua litera una v plures ut per hoc evadat evadat diversa significatio unius vocis apriore vg acies addeitur literam erit facies unde

quidam

quidam. est facies acies litera dempta probabit.

Ne capiat fugiam ferea castra color.

2do per respondentem echo alicui dictioni dud alicujq vocis repercussa ultima syllaba una v plures diversam ab illa habent significationem vg Paris aris vita Ita.

3tius Fons Origo nominis quando inquiro unde nam aliquod nomen profluxerit et inde eruo sensum ingeniosum sic vg diceres ingeniose quod fortuna sit comes honor ex eo quod hon apud Hebreos, or apud Gallos significet aurum et sic habebis carmen

Divitias et opes hon lingua habrea vocavit

Gallica vox aurum or, indeq venit honor.

4tus Fons derivatio nominis quia vg Dativus casus derivat a verbo do ablativus a verbo aufero proinde ingeniose quidam dixit plures esse qui accipiant quam dent.

Quam nimium crebro nunc ablativus in usu

Dicite iam tandem quando dativus erit

5tus FONS Reflexio moralis facta supra adjuncta alicujus nominis aut verbi nempe supra genus declinationem Orationis Partes

atq

atq inde eruit aliquid ingeniosum v.g. quia nummus est nominis partis Promitto est verbi Partis unde ingeniose diceres in illum qui multa promittit et nihil dat.

Est numq nomen verbum promitto docebit
Dum a quo sperabam nomina verba dabat.

6tus Fons anagrama de quo alibi

DE CONCEPTIB. IN SE Nu.

Conceptus in verbo est añotatio nominis porro annotatione nominis fit conceptus cum damus rationem quare res ista aut illa habet tale nomen sic R. P. Bâtt Poetarum Princeps de S. Stanislao Kostka.

Alea quam felix fueras cognomine teces
Ut Ludat Coelo migrat et ipse Deus.

Addo hic si nomen fuerit nullam in se laudem imo vitupertium præferens talis interpretatio nominis vertenda est a contrario v.g. si habenti nomen ursi aut lupi aut rustici applauderes a contrario omnia in te instructa ad blanditias præter nomen quamquam et illud tuis mansvescit

sub

9 M9

sub nominibus moribus.

Amus Fons est reflexio moralis porro reflexio moralis est quando loco conceptus sensus ingeniosus ponitur pertinens ad mores humanos vg. Sic R.P. Ruchard de Beatissima Virgine sub cujus pedibus serpens jacet Pomum tenens in faucibus nil pomo nocuit y in ipsis faucibus Orcus cui pia virgo adsit nemo perire potest.

2dus Fons conceptuum in sensu sunt contraria Paradoxa antiteta opposita repugnantia hæ voces idem significant Paradoxa sunt quando duarum rerum tales circumstantiæ ita secum combinant quæ nulla tenus simul stare possunt id est duæ circumstantiæ sibi opposita in unum sensum ingeniosum colligunt ut ex illis aliquis sensus ingeniosus eruat. Istius vero fontis conceptus debet sic formari conferendæ sunt particulæ ad invicem voces sibi contrariæ hoc est habentes diversam et oppositam significationem et combinent secu Ex hoc fonte fit conceptus imo si duo

aliqua

aliqua adjectiva sibi contraria affirment de eodem substantivo ex aliqua ratione ingeniosa 2do dum aliquid praedicat

2do. Serviens alteri rej dicit de illa re cuj plane servire non potest ut quidam de sene levi dixerat.

Esse senem in puero novit te antiqua vetustas
Tum puerum in sene cernimq esse modo

3tio Quando unum contrarium de alio affirmat contrarium est ut si diceres pia impietas dives paupertas odium amabile

4tus Fons si de duobus sibi oppositis unum adjectivum ingeniose affirmet v.g. dives et Pauper si opponunt ut interim affirmares de utroq qd tam hic quam ille sic solicitus non minus dicendo

Semper solicitus fuit Irus cur quia pauper
Nec tu Crese minus cur quia dives eras

3tius Fons alinationum quando scilicet improprium aliquod rei alicujq atribuit sic ingeniose diceres de aliquo divite v stulto

Wiertciest chiecidi moiey szczerey mowie ołowny

9 M 2

Otowny rozum bywa w Złotogłowie

4tus Fons est per comparationem rei unius cum alia quando rem comparo v. equale æquali v. Inequali v. majorem minori v. majori v. quandocunq; ex his duabus rebus quas comparo eruo aliquem sensum ingeniosum v.g. Quidam capillosus illusit (in calvum

Calve meos nunquam poteris numerare capillos
Neque tuos possum jam sumus ergo pares

5tus Fons Est à Simili seu per similitudinem quando quæro quæro similitudine illi et ex his duobus eruo sensum ingeniosum unde duæ res secum ingeniosæ convenire debent ut quidam (de Legibus Polonis

Prawa są Polskie iako pajęczyna
Bąk się prebija ana muche wina

6tus Fons est per allusionem ingeniosam ad rem aliquam v. ad sententiam v. ad proverbium

7mus Fons est ex eruditione ingeniosa ex combinatione quando loco

Conceptus

conceptus aufertur aliqua eruditio servi-
ens illi rei supra quam dandus est con-
ceptus sic forma illud de Lescone frau-
dulento Qua in Lechiade clavos vix in-
fingentem ut prius aligs ad metam evo-
labet diceres nomen plane Atalanta
Hipomenes ne ad metam perveniret
tot mala tradit.
8vus a Quantitate rej quando scilicet
dum consideratur an res sit tota an
parva an magna an augusta erit
sensus ingeniosus.
v De S. Boromeo Carolo medio tan-
tum picto.
Quæ te medium depinxit Carole dextra
Dextra norat quod tantum pingere potest nemo.
9nus Fons a qualitate rei dum
Considerat color forma qualis sit res
an elegans an deformis sic de Bole-
slao Krivousto Facile formæ vitium
tot virtutum formis correxit

Nonus

9x9

10mus Fons conceptuum loco circumstantia in qua res aliqua nota est aut manet aut occidit aut nuda aut tecta

11mus A circumstantia temporis quo et quanto tempore sit v durat v perit.

12mus Fons est ex habitu quando consideramus sitne res nuda an tecta an vestita ex qua: volo eruere Conceptum sic illud de S: Paulo Eremita ex Palmarum Folijs vestito.

Totum te Palmis vestiri Paule necesse
Namq tui toto corpore victor eras

13tius Ex causa morali nascitur dum reflectit se Poeta ad materiam ex qua res est et eruit conceptum

14tus Fons est dum desumit ex causa finali cum ex fine ex quo res fit eruit conceptus.

15tus Fons est Quando desumit a causa effectu et eruit conceptus per effectum ad causam.

1mus 6tus Ex Proverbijs Phrasibus usurpatis v receptis ab omnibus

Frustra

9mo

frustra ugi Ethiopem lavare etc.
Item ex sensibus hiperbolicis eruitur Concep.

10mo Fontes acuminum ex quibus
epigrammata acuunt fundari possunt
ex Locis intrinsecis et extrinsecis.

x

De componendo Pòèmate

Pòèma quo ad nomen est Figmentum quoddam carmine hexametro expressum, quo ad rem est laus v vituperium v narratio alicujus rej versu hexametro expressa v aliqua inventa fabula hoc est fictione illustrata.

Pòema est multiplex vide illius multiplicitate paragrapho tertio de præcipuis versuum apellationibus.

Partes Pòmatis sunt quinq, Exordium propositio Invocatio Narratio Poetica seu fictio et Epilogus seu acclamatio

Exordium est accessus ad propositionem et ordinarie solè institui per figuram dubitationis v Interrogationis v aliam v p aliqm effectum vehementiorem observatq ut Ima periodus per tres v quatuor versus tractat sensusq sit usq intertio v quarto. Unde Exordium accessum parare debet ad propositionem.

Propositio est res ipsa in qua Poeta proponit quid nam dicturus sit in toto Pòèmate v brevis est propositio

Propositio est res ipsa de qua poema scribitur seu si Stemma adquod reliqua collimare debent. Invocatio est Inqua Poëta post Propositionem immediate implorat opem vel a Musis ab Jove v a Dijs Invocatio hæc in Poemate de Sancto v de Persona fit ab ipso Sancto v homine. Invocatio aliquando omittitur.

Narratio est expressio facti cum fictione Poëtica excogitata per modum Historiæ, quæ Imaginatio debet esse, apta Materiæ hæc 2plex est Narratio, Alia Universalis expressio facti cum fictione quam sibi excogitavit Poëta tractandam in toto poemmate, alia Particularis quæ ex accidenti occasionaliter aliquod Carminibus et non toti Poemati inseritur Dicitur facti quia Narratio debet esse permodum Historiæ porro quælibet Historia continet factum v verum v Fictum per Imaginationem

Narratio Similitudinibus, Eruditionibus exornatur quas ubi Materia et Occasio se obtruderit inserere

aclamatio

Acclamatio seu Epilogus est brevis Poëmatis clausula.
Adverte aliqui immutant exordium sic Lucanus ab ipsa orditur propositione.
Bella per Emathios plusquam civilia campos
Jusq datum sceleri canimus.
Aliquando prius ponit Invocatio quam Exordium.
Exordium debet esse breve ita ut circiter viginti carmina nō excedat. Narratio in Poëmate n̄ potest esse sine fictione Poëtica.

De Fictione Poëtica

Fictio est Immaginatio Poëtica seu descriptio historica talis, quæ nec fuit nec est nec erit, sed potest esse.
Fictio duplex est alia universalis seu fundamentalis quæ in toto Poëmate tractat, alia Particularis seu ~~Parti~~ occasionalis per quam solum accidentaliter ex occasione aliquod carminibus res describit.
Fictio debet esse acomodata materiæ ac vero similis

hoc

hoc est infunda alicui probabilitati. Fictio ordinarie solet haberi ex fabulis, Eruditionibus, et ex Imaginatione Pöetica. Ita res seriè combinatæ permodum historiæ ut vero similis videat.

Duo tamen modi sunt quibus fictio sicut invenit. Sic narratio Pöetica illustrat. 1mus est modus quando vis fictionem dare pöemati reflecte te supra materiam. et supra Eruditiones v Fabulas Pöeticas, quas Pöetæ confixerunt quærendo materiæ suæ similem. sic v.g. Formares propositionem de aliquo facto v homine dicendo quod sit complexu talentorum invenires aptam propositæ materiæ fabulas de Pandora in quam omnes Dij suas dotes composuerunt. Inventâ Fabulâ v Eruditione suæ materiæ serviturâ. Ita procede 1mo per modum prothasis et apodosis ut inprimis fabulam enucleas per hipotiposim seu descriptionem Pöeticam, tandem Apodosim seu applicationem

cationem proporcionalem facies et si opus est excure in apodosim sensus Panegirices 2do modo ut sub allegoria illius fabulæ addende actio~~onales~~nes fictiones rem totam perficias.
2dus Modus est præsertim dum non potest inveniri fabula proporcionata consideranda est materia Pöematis deinde fabulam finge talem ut inducat aliquis Deorum v Dearum Igitur fingendæ sunt personæ quæ sunt proporcionatè assumptæ materiæ ad Pöema quales sunt Fama, honor, Religio fortuna Apollo etc Item ex nominibus Regionum Gallia Polonia India Japonia etc Virtutes Patientia humilitas etc quibus attribui debent actiones. Describunt etiam venustæ personæ earumque actiones, ornatus, vestitus, Situs, habitus loci, Palatia urbes, Regiones, campi, horti, aquæ arbores fulmina Cæli sereni, v turbidi quæ omnia Prudenter et congruenter applicanda.
Notandum ne in Pöemate Christum Dominum v Beatissimam v Sanctos assimiles leviter et insolenter alicui Personæ v obscenæ v aliter vitiosæ.
In cursu Pöematis adhibet Prosopopæia seu Ficta personarum inductio quasi aliquæ personæ orationes v lites v aliquos sermones exercent.
Modus est etiam fingendæ fabulæ considerando causas rei et effectus qui quasi agerent v Loquerentur.

vgsi

v.g. si describeres bellum, considerares causas belli, mortem, fugam, agros steriles etc et his omnib[us] effingeres ~~rati~~ actiones humanas.
2do modo etc NN uti habes superi[us] spectat ad hunc locu[m]
3tio modo ex adjectivis fac substantiva et rebus per hæc substantiva significatis aliquæ actiones tribuant[ur] v.g. si voles Polonos modo afflictos de=scribere ex hoc adjectivo Polonus fac substanti=vum Polonia et deinde poloniam induceres quæ=rulantem sparsis capillis laceratâ purpurâ etc

DE FABULA

Fabula est falsa quædam narratio, sed aliquid verumtamen significans juxta illud et partem veri Fabula semper habet. Hæc Fabula est triplex rationalis in qua fingit[ur] aliquid ab homine v. hominibus dictum v. factum quod re verâ n[on] fuit et talis est de Phaetonte et aliæ plures in historia Poëtica. Moralis in qua inducunt[ur] bestiæ loquentes talis est Fabula de vulpe loquente cu[m] lupo item etiam ista quâ homines cum bestijs sermocinari confingunt[ur]. Ad Fabulas spectant et parabolæ Phrases fabularum habes in Esope. — Unde Fabulæ Partes sunt 3es antefabulatio est accessus ad fabulam innuendo rem exprimen=dam fabulâ fabulatio est narratio ipsius Fabulæ Affabulatio est aplicatio ipsius fabulæ ad rem fabulâ expressas.

expressam ab aliquibus partes. Fabulæ tantum duæ numerant 1ma Explicatio veritatis latentis in fabula quæ si ponant ante fabulam vocat præfabulatio si post Fabulam vocat post fabulatio. 2da Pars est ipsa Fabula seu narratio fabulosa.

Adverte Pöema grande magnificumq fieri p dictionem verbis sententijsq sellectis exornatum Figuris sententiarum aprioribus quæ per interrogationes exclamationes, suspensiones Apostrophas aliasq exprimentes affectibus figuras idoneas exacluet porro Sententiæ ponunt sæpe ex occasione antecedentis narrationis ad instar dogmatum seu propositionum universalium in Pöemate adhibendæ sunt Phrases, quæ habeant verba nitida metaphorica, Quare qui in Pöemate florem exambit legat Claudianum si gravitatem stilli legat Lucanum. Exornat insuper Pöema adjectivis a nominibus proprijs derivatis ut si dicas vibrant mavortia tella pro bellica.

Vitanda est in Versu heroico scabrositas, quæ ont ex dictionibus unius syllabæ item quando in fine ponit vox quatuor syllabarum Item crebræ dictiones et obscuritas quæ fit ex sensu turbato tum ex eru-ditionibus prorsus non classicis qui latinitatis nitor candorq in Pöemate reducere debet.

Pöema scribit carmine hexametro solum in quo

sensus

sensus ex uno metro sæpius debet trahi in alium nec quolibet finiri.

De ELEGIACA POESi.

Nomen Elegiæ desumit a Græca voce Elegon quæ luctum significat v dolorem v etiam affectum aliquem unde materia Elegiæ est quælibet res lugubris v affectuosa. Inde autem Elegia est carmen flebile quia olim Elegijs scribebatur res tristes, scribitur ordinarie carmine hexametro et pentametro. Elegia nostro tempore tractata est a Lugubri materia. Etiam ad hilariores descriptiones, ita ut jam Elegijs soleant laudes concinnari Epistolæ Satyræ etc. Ex quo Elegia a materia sua derivat denominationem proinde si deploremus aliquid dicitur Elegia Flebilis si laudemus dicitur Elegia Encomiastica si perstringamus mores carpamusq; nuncupatur Elegia Satyrica si nunciemus aliquid vocatur Epistolaris, si describimus rei factum aliquid vocat historica.

Elegia est 3plex affectuosa ingeniosa et historica. affectuosa est in qua fere continuo ponunt affecta quâ etiam epistolæ scribi solent. Ingeniosa est in qua propositio est ingeniosa historica est quæ rem ita describit prout fuit.

Partes Elegiæ sunt 5q; Exordium Propositio

materia

x

Materia Episodium et Epilogus.
Exordium est In quo fuit accessus aliquis ad propositionem fit autem accessus ~~aliqui~~ v per Invocationem ut Pater Canon In Elegia Lugubri.
Fundite Phoebeae feralia plectra Sorores
Et date castaliis Lugubre carmen aquis
Delphica nec vestra capiti superaddite serta
Cupressus cingat luctibus apta comas
v Ab Ipsa re per aliquam figuram? sic ovidius Lib: 4to Elegiam nonam Inchoavit. Aut admirationis v per aliam v Etiam a Contrarijs adjunctionibus propositionis sic Ovidius Lib 4to 6tam Inchoavit. v per allocutionem rej inanimatae sic ovidius lib 3tio Elegiam 7mam Inchoavit v per Compellationem rei viventis a re non vivente Sic Ovidius Libro 3tio Elegiam 1mam.
Missus in hanc venio timide Liber exulis urbem
Da placidam fesso lector amice manum
Lege In classicis Poëtis uti in Patre Bissenio, Sautel, Quinisio Bidermano, Contarene etc
Unde quando vis componere elegiam prius perlege aliquas eximias horum authorum Elegias;
Propositio est In qua exprimit res tractanda in Elegia, haec propositio n est necesse ut ponatur expresse sed tantum per narrationem deveniendum est ad illam v Etiam ab illa propositione seu ab illa re quamvis tractare potest Inchoari Elegia ut dictum est.
Narratio est brevis et nervosa expositio rej pro

positae

proposita seu facti v ex imaginatione sicut in Pöemate dictum v habendo factus verum seu quod vere factum est hæc narratio potest esse cu fictionibus brevibus et occurentibus ex accidenti non vero ultra quæsitis.
Narratio ornat similitudinibus majoribus eruditionibus.
Narratio ornat similitudinibus nocioribus eruditionibus, usq. brevissimis Item exornat sententijs descriptionibus rerū per figuras varias maxime per hippotiposim Epiphonema. prosopop: ut videre est. ~~Ephitonema est alias ut~~ in Patre Sautel
Descriptiones vero istæ debent poni per has particulas qualiter, velut, acsi, sic etiam pariter ut olim.
Episodium est digressio brevis a proposita materia ad alia ille utinam hæc digressio si necessaria non sit, nullatenus adhiberi debet. proinde pars Elegiæ omittitur.
Epilogus est clausula Elogiæ quæ claudit Elegiam aliquo affectu v aliquâ sententiâ arguta v votâ aliquo v figura excelenti adornata v ipsa figurâ Obsecrationis v promissionis grati animi.
Epistolaris Elegia observat Leges Epistolares quamvis n adeo rigorosè et ab initio plerumq. nomen Authoris continet et aliquam contestationem affectus 2do Aggreditur proponere causam literarū quod fit brevissime et sæpius per affectus 3tio Item quam proposuit probat argumento postea idem argumento amplificat intrudit similitudines affectus Inductiones

nes etc. Elegiarum istarum modi possunt videri in Libello Patris Bidermani. 4to In Epilogo solet habere Elegia potentiores affectus observationes suaviores aliquando etiā sententia argutâ aliquâ claudit Epistollam.

Elegia si nō sit Lugubris rariores figuras habere debet quod si vero sit Lugubris v affectuosa ordinariè abundat affectibus qui sine ordine in homine excitant modo hiis modo illis figuris unde juxta Massenium valet Apostrophe ad pares v dispares personas Item prosopopeia vim habet singularē. Adhiberi solet ab alijs aliæ hiperbole, Subjectio, Deprecatio deploratio Execratio, Exclamatio Interrogatio Admiratio. Pretermissio Dubitatio optatio Correctio. quæ excusatio nova accusatione destruat.

Ephiphonema Repetitio juncta Interrogationi et alijs figuris sententijs affectui servientibus.

Elegia similitudinibus Comparationibus Inductionibus Item Parentesi argutâ abundat Parenteses crebriores præsertim cum exclamationibus in rebus tristibus et admiratione dignis breviter admiscent. Habitâ itaque materia quam ~~vis~~ exprimere vis Carmine Elegiaco. 1mo ut circa illa fomenda aliqui affectus 2do pro affectibus augendis miscent similitudines comparationes Inductiones et tandem argutâ sententiâ metrum claudat.

Vitia Carminis Elegiaci et Elegiæ

1mo Frequentes elisiones item Ritmica terminatio

v Soile 2do Hexametro et Pentametro n' clauditur sensus
3tio Si deest Cesura. 4to si Pentametrus voce 4tuor v trium
v unâ syllabâ constante finiat 5to Si voces duarum
syllabarum sapius misceant 6to Si plura ~~mi~~
verba in unam vocem desinunt 7mo si de una re diu
tradet. 8vo Si in unico affectu elegia tractet et
prolixe permutatio affectuum

Virtutes Elegiæ 1mo Carmen nitidum
clarum facile molliter fluens suave floridum
2do si pes nunquam finit cum voce 3tio si affe=
ctibus permisceat et similitudinibus compara=
tionibus Eruditionibus sententijs illustrent et fabulis
brevibus faciioribus 4to Cultus Elegiæ n' parvus est
in adjectivis metaphoricis quæ rebus ratione
carentibus attribuunt usum rationis v.g. Lo=
quaces undæ lachrimantes Cœli diserta Chelis
rostra, docta, Orator amor Item dum adjectivum
proprium personæ tribuit rebus quæ sunt per=
sonæ v.g. Bellator Equus Custos lateris gladius tri=
13 umphator, amor victor Prædicator Mucro
v Si adjectivum tali addit substantivo cui appo=
situm est ut nulla tenus convenit v.g. mæsta se=
renitas dulce venenum irata clementia crudelis pietas,
pia impietas v Si substantivum aliqua parte orationis
separet ab adjectivo v.g. ~~Nudaq marmor~~
Nudaq marmoreis percussit pectora palmis
v Si Duo substantiva ponant ex suis adjectivis in=
uno carmine v.g.

Pollum

Pollice festivo nobile duxit Cruo.
vⁱᵘ Adjectiva quæ sunt participia presentis temporis postponant suis substantivis.
Fluctus quæ rapit super arva frementis
Carminis Elegiaci habes virtutes et vitia satis ampla descripta in prosodijs.
Elegia n debet excedere 200 Carminibus.

De Eclogis seu Idillis

Ecloga est species Poëmatis aliter dicitur rustica Poesis sistit potissimum in descriptione alicujus rei allegorica cum scilicet allegoria desumpta a rebus rusticis Pastoralibus exponitur res aliqua quare in ecclogis inducuntur Pastores, Piscatores vindemiatores, Aratores hortulani. Item sylvæ agri armenta pecora nemora fluvij vindemia fruges, montes sicut Christus invitans nos ad epulas corporis posset describi per ecclogam sub nomine Pastoris invitantis gregem ad dulces fluvios ad flores et herbas.

Ecloga obscura n debet esse nisi tunc dum enigmata solvenda proponuntur in certamine rusticorum debet enim rus olere in similitudinibus rusticanis in comparationibus etc.

3tio Ecloga tribus potissimum modis scribitur 1mo Quando poëta cum rusticis similitudinibus Rusticum sine socio si rem aliquam narrantem induat et tunc temporis potest inchoari Ecloga ab ~~invic~~ invocatione v ab ipsa statim propositione v a sui abhortatione

x

et sic potest transire. 2do Modo fit ecloga Dum duo aut 3es (parentes seu nunqm tamen 4or) rustici colloquantur honeste circa rem suam v Enigmata proponunt v veluti per dialogismum deservnunt. 3tio Modo fit Ecloga cum certamen rusticanum fingit de saccione v re aliqua rustica proposito aliquo prœmio et judex apponit qui certamini prœsit.
Ecloga Cum sit species Pöematis ordinarie scribit carmine solo hexametro Principem hac in Parte consulo Virgilius.

De SatIRA

Satira Est species Pöematis seu Pöema quod risu ac sibilatione dignos mores v res indignas falso versu exponit. Dicit mordax Satira quod ordinarie carpat mores alienos explodendo et ridendo. Satira legem suam modumqz artificij non habet sed velut irascendo impetu Ironia sequit. Id adeo ut in Satira nimium elaboratum esse debere videat iracundiæ Impetu effusum. Satira amat Interrogationes cu vehementiori affectu abruptas periodos descriptiones mordaces ironias seu etopedia hiperboles metaphoras acriores similitudines irrisioni servientes, videant pro exemplo Satyræ Juvenalis Horatij Persej et Patris Jacobi Baldæ Satyræ in Males medicos.

DE SILVIS

Sylva

Sylva est species Poematis extemporali lenteo profusa. dicitur vero Sylva quod velut in sylva multa sibi absimiles arbores, si in hac specie Poematis nititur cum sit carmen extemporale ut ex Latio et P: Labbe colligi potest consistit in descriptionibus amanis exornatis similitudinibus comparationibus petitis v ex historia v fabulosa antiquitate requirit requirit affectus vehementiores energias carminis amanitatem stilli. Negatur hac in Parte Pampinus statius P: Labbe Huc usque agimus de heroica Poesi hac arbiter dicitur Epicum derivata denominatione ab Epos nomine unde si Poema servit solo carmini Hexametro simul carmini Pentametro habet titulum Elegiacum Poema

DE TRAJICA POESI.

Trajica Poesis est carmen describens eventus Infelices ordinarie scribitur carmine senario Jambico seu trimetro v Carmine dimetro Jambico, quod autem debet habere artificium et fictionem Poeticam tunc dicitur quando agetur de Dialogis Dramatibus et adeoque ubi aget de Tragedia.

DE COMICA POESI.

Comica Poesis Carmen describens eventus faustissimus ac latos hinc traxit nomen suum comedia ordinarie admittit diversitatem carminum adeo ut in Comica Poesi includatur carmen heroicum Jambicum Saphicum de hac agetur in divisione ubi de comedia exhibenda.

De Lirica

DE LIRICÃ POESI

Nomen Poesis Liricæ deducit a Lira ex eo quod hæc carmina ad liram v Cytharam decantabant quo ad rem Poesis Lyrica est cantus ad liram cani sonitus v Carmen per Odam et Stropham expressum. Partes Carminis Lirici sunt duæ scilicet Odæ et Strophæ. Oda ex greco cantum significat quo ad rem est carmen per strophas dispositum brevius est quidam metricus conatus.

Stropha quo ad rem est conversio odes ab una specie carminis ad alias Stropha quo ad rem est Pars odæ plura genera carminum in se continens.

In odis sunt strophæ et epodus idem cantus stropha est versio antistropha et reversio Epodum significat cantus Origo horum nominum est quia carmina Lirica cum saltu canebant

13 ad aras Deorum cumque a Dextra ad sinistram saltantes sacrificuli verterent dicebant stropha dum autem a Sinistra ad Dextram redibant antestropha idem conversio dum autem sistebant ante aras in fine dicebant epodon seu claudens consistens ante aras claudens Stropham et antistropham.

Oda in prima divisione est quadruplex 1ma monocolos quæ constat uno genere carminis 2da dicolos quæ constat duobus generibus carminum 3tia tricolos qua constat 3bus generibus carminum.

In 2da

In 2da divisione oda est pariter quadruplex 1mo Monostrophos cujq. Stropha habet unum carmen 2do distrophos cujq stropha habet duo carmina 3tio 3strophos cujq stropha habet 3ia carmina 4to tetrastrophos cujq Stropha habet 4or carmina.
Itaq pro diversitate tam ratione carminum generis diversi in una stropha quam ratione conversionis ab ultima strophæ carmine ad 1mum genus carminis dici potest v stropha monocolos Distrophos v dicolos tristrophos si dicet dicolos tristrophos indicium erit quod stropha habet duo carmina generis diversi. et post 3tium carmen debet fieri conversio ad 1mum carminis genus nempe p hanc vocem dicolos tristrophos etc intelligit diversitas generis carminum ponendorum in stropha per hanc vocem tristrophos tetrastrophos conversio intelligit ad 1mum genus carminum a quo inchoata præcedens stropha.
Modus componendæ odes est duplex ut colit R.P. Sarbievius ex Horatio et Pindo 1mo dicit simplex seu expositorius 2do Majoris ingenij et artis dicit obliquus. Modus expositorius est cum sententia aliqua v propositio exprimit carmine Lirico per aliquod artificium amplificationis sine ulla fictione / sine ulla fictione peculiari talis est Oda apud Horatium

Integer vitæ scelerisq purus
Non eget mauris jaculis et arcu
Nec venenatis etc

Obliquus modus est cum fictio aliqua v per partes odæ v p totam

v p totam odam tradat v aliquo modo indirecto exponit aliqua sententia unde hic modus obliquus v varie pro placitu Authorum Pöëtarum conficit
Et sic fit oda quando fictio aliqua per modum nova Fabula exponit carmine heroico talis est inventio Horatij Lib 2do ode ultima ut ad simplicem habent veritatem declarandum quod fama fit imortalis dicit Pöëta volare per omnes terras sic incipit.

Non usitata nec tenuit fera.

2do Potest Componi oda quando pars oda v initio a fictione Poetica inchoat licet alterius expositiones seu descriptiones alterius propositionis finiat talis est oda ultima Horatij Libro 4to ubi fingit se in canendis laudibus augusto ab Apolline deterritus sic incipit Phœbus volentem me prœlia loqui. etc
3tio fit oda dum Pöëta dicit se n laudare sed alios jubet ut laudent quæ ratio inventionis est venusta sic Horatius Oda 21 Lib. 1mo
4to Fit oda dum Pöëta n laudaturus se promittit et interim ipse breviter ingeniose res ab alio laudandas enumerat sic apud Horatium Oda 6ta lib 1mo Solent vero in hoc 4to modo Pöëta adhiberi extenuationem ingenij: Sic Horatius Lib. 2do ode 4a versu 22.
5to Fit oda seu quintus modus dum per totum carmen trahit allegoria talis est oda 14 Horatij Lib 1mo qua in brutum invehit Horatius
6to seu 6tus modus Similis Figura prœteritionis Est adhuc modus inventio inventionis cum

Pöëta

Poeta alienus sermonem refert de reliqua ++
Interim interim in illo sermone alieno tractat sub=
jectam materiam qui modus n̄ alius qm per totam
Odam Prosopopeiam usurpando extemplum horatij
Oda 15 Lib 1mo Vers: 9no Pastor contraheret p fractibite
interdū n̄ nisi in aliqua parte odes hac prosopopeia
usurpat vide horatius Oda 3tia

DE VARIO GENERE CARMINIS LIRICI.

Varia Carminis Lirici sunt species et hæ quatuor ge=
nera revocant 1mus est Dactilicus 2dus Iambicus
3tius Trochaicum 4tus Anapesticus.
Ad Genus carminis Lirici quod Dactilicus dicit
refert carmen Gliconicum, Adonius asclepiadeus
Allcaicum ex eo quod hæc carmina admittant
pedes dactilos ad Genus carminis Lirici quod vo=
cat Iambicus refert carmen Senarius seu tri=
metrus Iambicum 3tia Tetrametrum Iambi=
cum 4to Senarius 5to Hypponacteum 6to
Anacreonticum Ad Genus Carminis Lirici
Trochaicum carmen refert. Carmen Saphi=
cum Phaleucium 3tio Archilochium 4to
Genus Saphicum est et hoc solum ad illum nulla
alia referunt.

DE CARMINE LIRICO ad Dacti=
licum spectantia

1mo Gliconicum constat 3bus pedibus spondeo et duob
Dactilis

x

— — / — ∪ ∪ / — ∪ ∪ /
2do Carmen Adonium constat duobus pedibus 1mo Loco solo Dactilo 2do Spondeo v Choreo

— ∪ ∪ / — ∪ /
Tertio Carmen asclepiadeum constat 4or pedibus 1mo loco spondeo 2do Dactilo et cesura longa et Dactilis duobus

— — / — ∪ ∪ / — / — ∪ ∪ / — ∪ ∪ /
Quarto Carmen Alcaicum constat 4or pedibus 1mo loco spondeo v Jambo 2do solo Jambo et cesura Tertio Dactilo 4to Dactilo

∪ — — / ∪ — / — / — ∪ ∪ / — ∪ ∪ /

DE CARMINE Lirico ad Jambicum spectante

1mo Carmen Senarium Jambicum aliter dicitur Dimetrum Jambicum et hoc est v purum Jambicum v non purum Jambicum utrumq istud Carmen admittit sex pedes si est Carmen Senarium Jambicum purum omnes admittit et solos Jambos.

∪ — / ∪ — / ∪ — / ∪ — / ∪ — / ∪ —


Beatus ille qui procul negotijs

Si est Senarium Jambicum non purum 1mo loco habet spondeum v anapestum v tribrachim v Jambum aliquando solum tribrachim 2do loco Jambum solum 3tio omnes quos 1mo loco disjunctive 4to quos secundo 5to quos 1mo loco disjunctive 6to Jambum.


∪ ∪ — / ∪ — / ∪ ∪ — / ∪ — / ∪ ∪ — / ∪ — /

Alium silere si voles prius sile.

2do carmen dimetrum Iambicum habet 4or pedes illosque eodem modo quos Senarium Iambicum ad 5tum pedem præterquam quod 4to loco Iambum solum postulet



3tio Tetrametrum Iambicum Carmen usitatissimum Comicis Poëtis Constat octo pedibus. 6x pedibus iisdem quos Senarium Iambicum non purum 7mo Loco constat iisdem pedibus quibus primo Loco Senarium Iambicum non purum 8vo solum Iambum habet



Dicit istud carmen tetrametrum Iambicum vel Acatalectum vel hipercatalectum seu brachicatalectum Acatalectum dicitur cum integros habet pedes octo hipercatalectum cum tantum habet 7 pedes cum deficit in uno toto pede catalectum dicit. cum una syllaba deest.

4to Scasonticum ultimis tantum pedibus differt scilicet habet sex pedes. 1mo 2do 3tio 4to loco quos Senarium Iambicum non purum 5to solum Iambum 6to solum spondeum

|v v — — | v v v | v v v | v — | v — | — —
Cæsura potius

3tio Carmen Hinadeus habet 5q; pedes unam syllabam 1mo loco Jambus v spondeus 2do Loco Jambum 3tio loco Spondeum 4to Loco Jambus, 5to Loco Jambus sexto syllabas. | v — | v — | — — | v — | v — | v |

vg. Regnator Audax arbiterq; Regus
5to Anacreonticum Carmen constat 3bus pedibus et syllaba 1mo loco Anapesto v Spondeo v Jambo v Tribrachi aliquando Dactilo di raro 2do solo Jambo 3tio Jambo 4to Syllaba.

De CARMINE LIRICO spectante ad Trochaius.

1mo Carmen Saphicus habet 5q; pedes 1mo Loco Choreum 2do spondeus 3tio dactilum 4to Choreus 5to choreum v spondeus | — v | — — | — v v | — v | — v |

Adverto qd Seneca in Carmine Saphico ex privata authoritate usus est Choreo Dactilo.
2do Carmen Phalaucius constat 5q; pedibus 1mo Loco spondeo 2do Dactilo 3tio Jambo 4to Jambo 5to Jambo v Spondeo. | — — | — v v | v — | v — | v — |
3tio Architochicus duplex. istud est purus et impurum purum constat 7 pedibus choreis in fine una syllaba | — v | — v | — v | — v | — v | — v | v |

Non

~

Non purum archilochium constat 7. pedibus et In fine syllabâ 1mo loco Choreo 2do Spondeo v choreo 3tio Choreo 4to Choreo v Spondeo 5to Choreo 6to Choreo v spondeo 7mo Choreo et syllaba longa v brevi. ..

|– ∪|– ∪|– ∪|– ∪|– ∪|– ∪|– ∪|–∪

Adverto quod hoc carmen requirit quod quartus pes cum voce finiat quare hoc carmen ad cantum potissimum qui solet adhiberi in declamationibus secari solet in duos versus
Adverto item ex authoribus quod aliquando non pure 2do loco ultra horeum Spondeumque potest admittere Dactilum v Anapestum v Tribrachim prout melius serviet concentui.

De Carmine Lirico spectante ad Anapesticum.

Ipsum solum est genus Anapesticum vocat et in se solum Anapesticum includit habetque 4or pedes 1mo loco Anapestum v Dactilum v spondeum 2do. Anapestum v spondeum 3tio hoc quod 1mo 4to Anapestum v spondeum. —

∪∪–	∪∪–	∪∪–	∪∪–
–∪∪	– –	–∪∪	– –
– –		– –	

Ut secundus post secundum finiat cum vocabulo si 1mo et 3tio loco ponitur Dactilus 2do et 4to loco ponat Anapestus Anapestus sed spondeus.

De Compositione istorum carminum per strophas

Seu quae carmina ex istis solent secum componi ut Stropham Authoribus usitatam faciant
Revoco in memoriam triplicem esse Stropham quae est

monocolor

x

extra odam liricam vertat. 1ma Dicola seu qua includit duo carminum genera 2da 3cola qua trilagenera 3tia tetracola qua 4or genera includit. Quaritur ergo hic qua genera carminum includit stropha Dicola v dicolos.
Stropha dicola potest componi 1mo ex hexametro et pentametro unde elegila latius potest dici oda dicolos distrophos 2do potest poni 1mum carmen hexametrum 2do Senarium Jambicum 3tio potest poni 1mum carmen hexametrum 2dum Jambicum dimetrum 4to potest poni 1mum carmen hexametrum 2do medium hexametrum v pentametrum seu hemisticum. 5to potest poni 1mum Jambicum 3metrum seu Senarium 2do Jambicum dimetrum 6to potest poni 1mum gliconicum 2do Asclepiadeum 7mo potest poni 1mum 2dum 3tium Carmen Saphicum 4to Adonium et vocabitur oda dicola tetracola 8vo potest poni 1mum 2dum 3tium carmen Asclepiadeum et 4to Gliconicum carmen.
Quaritur 2do qua genera carminum includit stropha tricola 1mo potest poni 1mum 2dum carmen Alcaicum 3tium Archilochium Jambicum 4tum Pindaricum.
Nota quod Archilochilochium illud in hanc Stropham non venit quod ponitur genere carminis Lirici carmen Trochaicum et illud dicitur Archilochium Jambicum et habet 1mo Loco Spondeum v Jambum

2do

2do Jambus 3tio Spondeus v Jambus 4to Jambum 5to Syllaba Longa v brevi talis oda dicitur Horationa 2do potest poni Asclepiadeus. Ame 2do 3tio Carmen Pharetracius trimetrus hoc est inter duos spondeos habens dactilus 4to gliconicus plura dices ex exacta lectione Librum in R. P. Sarbievski P. Ines P. Krassuski Soc: Jesu hi docebunt artem quae genera carminus imponenda sunt Strophae Liricae nec extra authoritatem authorus inferant carminus genera in Corpus Adonius.

Nota omnia haec genera habere suos auctores, Sic Asclepiadeus ab Asclepiade Poëta Alcaicus ab Alceo Poëta hipponacticus ab hipponacte Poëta Saphicus a Sapho Poëta. etc

De Reliquo Genere Carminus nó Spectante ad Genus Liricae quod minus ingenij plus operis et Laboris habent

De Carmine Cabalistico

Carmen Cabalisticus ex Graeco obscurus Carmen Cnili significat quo adrem est versu singulis numerum significantibus annum imprimens.

Hoc carmine ominant Graeci felicitatem alicui illo ipso año quem literis exprimismus porro hoc Carmen in hac 2da Litera illus adequat numerus. quem in singulis litera voluere contineri Authores apud quos qualibet Litera numerus significat.

ub A

Ab A usq ad Zet scant decades.

na obluczyny prosze opożyczenie Narratio est
fusior rej explicatio vg Rumoris Solennitatis
seu clarius narratio est quando aliquis narrat
suam propositionem dilatando Confirmatio est
propositionis per varias rationes unam v duas
probatio. Confutatio est rationum illarum quas po=
test ille ad quem scribis afferre solutione
Conclusio est terminus Epistolæ quo frequenter
legentis

legentis animũ ad id quod petimus quam maxime commovere nitimur.

Nota non omnes debent poni in epistolis partes saepissime omittit͡ confutatio saepe narratio. 1mo plerumq; sola propositio et conclusio ponit͡ v Exordium et conclusio quod fit in his epistolis ubi ipsa complementa scribunt͡. Nota n debes scribere Epistolas ut appareat sed ita illas involvere ut prudenti et sapienti Doctrinam elucescant. Universalis Doctrina Componendarum Epistolarum 1mo Invenies tibi materiam de qua es scripturus invenies vero sic si reflectas te et quaeras ex te quale negotium habes scribendi quid te movet quid impulit ad scribendũ hac inventâ causâ et ratione facile habebis initiũ Epistolae Unde arripienti calamum ad scribendã Epistolam 1mo Cogitatio incurrere debet quare scribo et certe omnes fere praesentis aevi Epistolae si ad trutinã accipiant͡ invenient͡ ratione movente ad scribendũ inchoatae. Unde Epistolam inchoabis a ratione quae te impulit ad scribendum.

Non omnes rationes statim a principio statim exponunt͡ sed una dumtaxat quae fuit causa motiva scribendae Epistolae aliae vero pro Confirmatione relinquant͡ post propositionem ponant͡.

Haec ratio posita ad initiũ Epistolae non semp exprimat͡

exprimatur per particulam causalem vg. Poniewaź
v aliam similem sed alio modo p Periphrasim par-
tes Epistolæ quas assumpsisti. Imo tibi proprie-
tates illaru habe deinde simplici sensui illas
tibi mente expone poste omnino periodice per
periphrases describe. Dixi periodice una v altera
bimembri quia jam dilatatam habebis Epistola
deinde curabis proprietates quas debes omnino cuili-
bet periodo inserere juxta Doctrina de perio-
dis dispone partes Epistolæ ut bené coordines
illas quas es scripturus possunt poni plures
propositiones in una Epistola si in pluribg
scribis negotijs quas si vellis coordinare ita
debes ut primo una propositio cu suis rati-
onibus procedat item alia etiam cu suis ratio-
nibus sequant. v cu una propositio Epistolæ
cu pluribus rationibus ponit vg ratio quæ captat
benevolentiam deinde apponant rationes quas a
capite scribulas inchoabis.

Modus Componendi Exordij ad epistolam per istu
versiculu quis quid ubi etc. Ex ista particula quis
dignitas personæ ad quam scribis quid t negotiu
ex ista particula Ubi vg Tyskom co zdrogi stanet
nie omieszkiwam zyczliwosci moiey WMPana reno-
vare Tesseram ex quibus auxilijs sie Choc bym niemiał

Inszey

Jnszey okazyi pisac do WPana samamie iednak Zyczliwości Bratterskiey necessitudo do tego stymuluie etc ex cur si causa exponat quare scribis ad illum ex quando? ~~vg quali modo~~ ~~ex qu~~ Za szczęśliwe te sobie mogę liczyc godzine ktora mi tyle czasu dozwoliła do wyswiadczenia etc choc krotko etc sed ista ruda sunt exordia nisi valde optima adornent periphrasi.

Exordium Inchoat vg a captatione benevolentiæ ad quem scribis 2do Ex contestatione promptitudinis ad obsequia 3tio a quarela contra ipsum v contra Infortunium 4to a Promissione constantiæ affectûs vg meum erga te animum multis sæpe rationibus cognitum nostri opinor qm tibi et familiæ addictus et in eodem me perseverare testor etc 5to Ex promptitudine n solum ad unum sed ad omnia vg vellim mihi uberrimam de te bene merendi dari occasionem et quod amici apparet vota mejs proficerent officijs.

6to Ex circumstantia beneficiorum acceptorum 7mo ex desiderio conservandi gratiam ejus 8vo Ex gratulatione sibi quod habeas tibi addictum amicum 9no ex Lætitia quod habeas occasionem obsequendi scribendi gratulandi 10mo ab Interrogatione 11mo a proposito quod velles respondere amici affectui 12mo ab Explicatione Dignitatis ejus 13tio A persona tam illius ad qm scribis qm tuæ 14to adolore

15to Ex compassione infelicitatis ejus 16to Ex apprecatione successûs 17mo Ex admiratione 18vo ex contrario 19no maxime ex Sententia aliqua 20mo Ex gratulatione sibimetipsi haec tamen intellige ad diversas materias.

Ad Epistolam suasoriam hortatoriam.

Exordium sit tale quod disponat ad quem scribis ad illam rem praestandam quam ei suadebis v adhortaberis Propositio in tali Epistola debet esse talis suadeo tibi v adhortor sed non his rudis expressa verbis sed periphrasi optimâ involuta et emolita ne avertendo offendas imo etiam ne advertat illum a facti honesto, jucundo necessario dicto, possibili a locis Rhetoricis v.g. a Similitudine Dissimilitudine contrario.

Conclusio Materiae conformis eruenda est in quo exprimas adhortationem ne difficultate v periculo terreas. Possunt exponi in tali quod nihil tua aut cujusqm alterius gratiâ impellaris ad suadendum v dehortandum de ipsius gratia ad quem scribis item quod nolis incitare languentem sed currentem Item non egentem calcaribus Item quod nolis importuno consilio aut mentiendi arrogantia inquietare. Possunt polliceri fidelissimum consilium ac salubre dandum a te

v alijs

v alijs possunt resistendi de qua scribis adhortatione di-
gna v res nova aut magnifica plurimis arduo sed
facillima ei insinuabis quod hac amore magis im=
pulsus scribo quam ut tu egeas monitis v consilijs
excurres in laudem ejus, et illius laudabiliter
facta et gloriosa commemorabis Item digni-
tatem domus splendorem, vires indolem atq glo-
riosa quæ quæ natam Item spes praeunt fama
immortalitas, Regni decus, honores opes et alia
plurima emolumenta comemorans v. Ignoni-
mia dedecus dolor et alia incommoda Si Epistola
scribis dehortatoria cuj majorem affectum v alio=
rum si id fecerit si contempserit dolor mæror
odium. Possunt etiam addi vota desideria ami=
corum expectantia. Possunt commemorari Exem=
pla majorum recentiorum v aliquorum antiquorum de-
niq; obtestatio ut faciat, Responsoria Epistola
continet gratiam fuisse hortationem pluri=
mum apud te voluisse utpote accepta ab amico fideli
prudente Promitte faciendaq; suadens et si ali=
ter sentires.
Si tamen constitueras ad faciendum ad quod hor=
taris et faceres quod si n' hortatus fuisses rescribe
quod multum celeris inde quod utilis sit tuum de rebq
quod et aliorum prudentis Iudicium quod si contrarius
eris

eris directe haberes rationes in contra quas v allegabis v ad curam communicandus appromittes.

Fragmenta qui necdum habere volunt frangant nucem necesse turbida sunt eorum consilia qui sibi svadent.

Regis Oracula eloquio crevere tuo v Curia Consiliis astuat ipsa tuis v Facta puta quaecunque jubes nec abest facundis gemma dictis.

Similes vix expresserit aevum consilio viros. addere poteris martem v aliud substantivum

Disce verecundo Sanctus ore loqui.

Hinc tu cum vivas cautius vitare memento.

Nec tibi quod liceat fac sed quod fecisse decorum est.

De male quaesitis n gaudet 3tius haeres

Ad Epistolam consolatoriam spectant dolentes Consolari ne se dolore conficiant. 1mo benevolentiam captabis aut per insimulationem quod licet n egeat hoc a quo in dolore redificet nollis tamen deesse tuo officio v incipies quod amicorum munus est in omni fortunae vicissitudine amico inservire. Ulterius commemorabis breviter occasionem doloris citoque est persvadendum quod hac occasione v nihil v n usque adeo est dolendum ulterius dabis rationes quare n debet dolere sic licet quod n est jucundum honestum v quia adhuc est spes melioris fortunae et alias rationes poteris dare quae tibi occurrerint ulterius adhortatio ut permittat aliquod pro cibus amicorum

amicorum ad extremum potest poni quod nolis esse longior. in consolando ne de ipsius prudentia et aequanimitate minus sentire videaris in tali Epistola cura ut sit omnis verborum lenitas et consolatio gravibus instructa detentius. In responsoria dices gratam tibi esse consolationem Item agendae gratiae quod dignitas fuerit lenire dolorem deinde quod lectis ejus literis aquieveris aliquantum non solum motus tot rationibus sed praecipue renovato erga te illius amore et memoria

Possunt etiam causae doloris exponi, potest Invitari amicus ut praesens melius medeatur dolori infine ponitur contestatio affectus quod melius amico invicem subvenire. Utinam tamen in prosperibus si autem nil tibi consolatio proficerit lauda propensum amici animum quod fuerit quantum potuit interim tamen dices quod malum tuum omnem vincat curam. Fragmenta servientia ad tales Epistolas dices Radii Caeli adcognoscimur quod miseri sumus Saepe Jovis toto quercus caesa jacet

Vix Potuit tristis scribere triste vale

Tanto desunt verba Dolori

Et lachrimae deerunt oculis et lingua Dolori

Miseris totus super est post omnia luctus

Ad petitorias Epistolas. Haec dicta si in materia

minoris

minoris momenti potest fiducialiter amico stati necessitas exponi. Si vero materia majoris momenti præmittendus est accessus vg. laus a liberalitate v humanitate v potest a verecundia tua quid n audeas molestiā inferre v quodsitas ex consueta confidentia quid res quam petis multū tibi est res necessaria. Rationes quibus inducat amicus ad præstandum beneficiū possunt ab omine v a persona dantis v a persona petentis proponendo meritaque propria v propria familiæ ac antecessorū ultimo fit appromissio quod sis habiturus memoriam præstiti beneficij et gratitudine obsequendi Potest etiam exponi spes tua de obtinendo quod petis In responsorio si qua petunt. sicut difficilia præstita et tamen præstans exponunt difficultatem a natura rej, v a tua facultate deinde dic quod hanc difficultatem amici causa superess si vero res quam concedis est facilis dic te gaudere, quod tibi oblata est occasio affectū testandum item quod vellis in majore re præstare Item petendus amicus, ut confidenter recurrat ad se jam vero si quid petit negas expone rej difficultatem quâ procedit v a natura rej v a tua imbecillitate penuria loci temporis. etc

Exponit

exponitur promptitudo ad satisfaciendum votis si com=
modiorem habeas occasionem rogandus amicus ut n
ægre ferat et non putet hæc denegata ab affectu re=
missiori et nō æstimatorio Fragmenta

Addimus his precibus lachrimas quoq tuas
Auxiliū mihi tu nisi ferre potes
Res mihi n semper spes mihi semper adest.

In Commendatorijs Epistolis commendamus nos.
2 In Epistola commendatoria materia laudis sumit
a triplici bono hoc est a bonis corporis, animi, et
bonis exterris vg. bona corporis a modestia ab ac=
tivitate vg. bona animi a Doctrina, justitia,
audatia, etc A bonis externis scilicet fortuna ge=
nere nobilitate. In responsoria addenda aliqua
commendationi interdum et dictis annuendo præ=
sertim exinde quod a tuo amico Comendaturus habes
Si in commendatione laudat tu quoque eum laudes
Extenuant laudes Dej beneficia atribuant hæc
omnia in quibg te amicus laudat ipsi amico.
In Acusatoria Epistola Dum quærelam exponimg
id possunt fieri aud etiā vehementig instamus aut
lenig utrumque pro diversitate circumstantiarum
usurpant.
Sæpius tamen satagimus ut videamur quod in=
fictionū nolimg quid simile fieri quam quod factum
doleremus

α

In excusatoria Epistola si habes justam causam excusandi extenuet res in qua fit occasio querulandi v aliud quidpiam culpam reiciendo v si id fieri no potest ipsa facti confessio cum apromissione compensationis leniat offensionem. Ultimus aut recursus fit adveniæ postulamen quod si vero injusta est excusatio adducant ut amicus ut amicus de te sinistras suspiciones reiciat resq candidæ exponant et invenies quod n graviter feras istam accusationem quia nihil apud amicu valituram

In expostulatori a Epistola Communia exponenda Cæterum cum arduis aliquem leniter debes si parum sis offensus Loci familiares locum habent si gravig serium te ostende si ille ad quem scribis non sit tua vexa superior. Idem observa in exprobratorijs Literis Nisi quod in exprobratoria crimen gravius inacusari poteris.

Deprecatoria continet deprecationem alicujg offensæ sive a nobis sive ab alijs In tali Epistola extenuat gravitas offensæ vg quod per inadvertentiam imbecillitatem aut ex alia causa commisit crimen.

Potest et tabescentis pudor animj significari Item dolor de offensa dant etiam motiva ut offensus esse nollit laudari possunt Lenitas et Patientia offensi

Responsoria

Responsoria laudat confessionem criminis et per hanc impellaris ad ignoscendum v quod placet tibi confessio magis tamen nan laedi quam placari. Possunt tamen promitti affectus n' immutabiles ex motivo vano et vario.
Possunt etiam scribi amor inimicorum et bonitas ignoscentis.

Fragmenta

Non mihi quae patior dissimulare licet
Materiam veniae sors tibi nostra dabit.
Caesarem in nostro niticus orbis habet

Styllus est varius alius familiaris ad familiarem alius ad personam magnae dignitatis qui debet esse gravis alius ad inferiorem qui debet esse cum gravitate familiaris alias ad amicum intimus qui potest esse et jocosus et cum lusu in verbis atque cum acumine Hac przy podaney okazyi item co wyraziwszy omnino vitanda. Modus componendarum epistolarum potest esse pro diversitate personae 1mo Considera personam qualis illa sit an ex magnatibus an amicus etc ad quam vis scribere 2do materia et negotium quod habes scribendi seu quid debes scribere 3tio quae partes Epistolae tibi ponendae sunt utrum omnes utrum aliquae tantum Utrum captatio sit ponenda porro captationem optime scribes si considerabis quid est quid illum maxime

x

maxime benignus facilemq reddat ab hoc inchoabis et ad legendū et ad prastandum qua suntque n̄ reddant 4to Excogitare rationes pro materia 5to totam Epistolam simpliciter in capite v In charta composita habere quid in prima quid in secunda et 3tia parte quibus periodis scripturus es 6to Inventâ propositione considera rerū in propositione positarū qua inducant proprietates.

1mo Partes Epistola alibi sunt scripta.

DE PERIODIS.

Periodus est oratio habens sensū perfectum et numerū oratoriū perfectū partes periodi majores sunt dua Colon seu membrum comma seu incisum. Colon seu membrum est oratio habens sensum aliquem et numerū sed utrumq imperfectum membrū includit comma. Comma seu incisum est oratio habens sensum quasi perfectum sed numerum oratorium nullū per Lotationem intelligit sensus seu locutio. Membrum debet habere verbū personale, Nominativū Casum verbi, potest casq communes quotiescunq infinitiva gerundia, Participia, Casq propositionis Item Ablativo. Membrū debet Syllabas carminis hexametri adimplere. Diximus hic de periodo

Oratoria

x

Oratoria et partibus ejus Oratorijs quia periodus vulgaris potest esse sine numero Oratorio.
Periodus unimembris est quando constat uno membro Oratorio nec debet excedere 30 syllabas v.g. Nos tabellarios vestros homines diligentissimos quotidie expectamus.
2da Bimembris quæ constat duobus membris et particulis et particulis seu connexis talis periodus est aptissima moralibus sententijs unde etiam dicitur sententiosa In tali membro Prothasis uno membro Apodosis 2do Constat.
3 Periodus trimembris seu tricolos est quæ constat 3bus membris et Particulis correlativis
4 Quadrimembris seu tetracolos est quæ constat 4tuor membris et Particulis correlativis.
Exempla harum Periodorum habes alibi.
In his periodis Prothasis exprimitur uno v duobus v tribus membris apodosi proporcionate
Membrum tunc finitur quoties ponitur verbum personale et correlatio sive per particulam correlativam sive pronomen v Relativum ponitur.
Hæc notandum in Membro Oratorio quia ad vulgarem et simplicem non sequuntur unde si fuerit

verbum

Verbum non unum et fuerit correlatio non erit membrum particula et vel non faciunt correlationem in nullo membro debet esse sensus perfectus nisi in ultimo sed prima membra aliquando videantur suspensa in sensu.

Potest etiam ita membrum permutare ut sensus non inveniatur bonus nisi in ultimo.

Compones vero Periodos et membra sic

1mo Invenias tibi simplicem sensum ex hoc versiculo quis, quid ubi, etc pro quolibet membro et habeas illud prae oculis his enim implet periodus dilatata aliquam ~~vocem~~ rem habere ~~ita~~ rationem et habebis illud prae oculis

2do In membro simplici habe vocem vel da rationem huic sententiae vel etiam huic sensui et quem dilatas et ponas a principio rationem additâ particulâ causali vel alio modo dilata ut sit verbum et nomen habito considera proprietatem seu quid est proprium verbo item considera proprietatem nominis quae est proprietas seu quid est proprium hujus rei quae exprimitur per nomen Item considera proprietatem proprietatis vel nominalis vel verbalis et talem ut competat utrique proprietati deinde habitâ reflexione ad sensum simplicem coordina combinate et compone similiter in 2do membro similiter in tertio

in 3tio vide plura de periphrasi Oratoria 3tio Considera
quas debes particulas ponere 4to Considera numerum Oratorium.
Ars formandæ periodi consistit in usu et dispositione
particularum cum particula una in initio periodi ponitur altera
in fine per has amplificatur periodus v membrum vg. tam,
quam, adeo ut tantum, quantus, quamvis tamen sicut
ita Quemadmodum ita non aliter quam toties quoties, tametsi
tamen hactenus hodie si quando tunc profecto, Nemo
qui quoniam ideo Ideo quia neque seu.
Aliæ particulæ aliæ comparationem instituunt tantum quantum
talis qualis, eo major quo quemadmodum sic;
Aliæ distributivæ servientes enumerationi partium sive aut,
v neque primum deinde postremo. cum tum. Aliæ Conditionales
si, siquidem nisi, Aliæ Augentes vg. Non solum sed
etiam Jam adeo ut. Aliæ Causales vg
Quoniam quomodo quidem tunc.
Aliæ pugnantes vg. Etsi quamvis tamen ac.
Aliæ Relativæ vg. Qui quæ quod is ea id.
Hæc præsertim particulæ in periodis adhibentur.
Atque ego quidem et vero etenim quæcunque ita sunt itaque
nam cum ac primo quidem enim vero neque quin etiam
igitur ego quid quod accidit et illud etc.
Ad trimembrem hoc optime nota ut post primum membrum

pones

ponas particulam ut beneficio enim particulæ ut, dilatabis sensum per duo membra vg. gratulationem quid aliud Ex trimembri quadrimembre[m] facies vg. ultimum membrum dilata p particulas compa[ra]tivas tam ut v tantum quantum v particulam ud adde et trahet sensus per quarto et ultimo membro trimembri quoties enim ratio subjicit in periodo seu dat hæc plerumq[ue] ponit a principio sententia vero in fine.

DE NUMERO ORATORIO.

In vocibus primo quære V I M. vg. Periodum pro nefario homine 2do Vocum majestas ut immensitas locorum pro magnitudine 3 Splendor. 4to Immensa camporum declivitates pro declivi aliquo loco 5to Vehementia ut temporum procellæ pro calamitatibus 6to Epitheta et verba ficta ad contumeliam v depressionem v gurgies bonorum vg. Furia Patriæ fax tempestas etc vg. Reipublicæ potes fingere verba aliqua per Immaginationem vg. Cicero in Pisonem.

Numerus Oratorius est sensus orationis suaviter in aures fluens proveniens ex permixtione vocum brevium cum longis.

Vitia hæc sunt 1mo quando consequenter ponunt voces eundem numerum syllabarum v eandem quantitatem in penultimis

in penultimis syllabis habentes vg perfidus anibal lacium perdidit. 2dus quando ponunt consequenter plura monosyllaba et quando claudit periodus voce unius syllabæ Excipit tamen hæc unica vox est quæ omnium judicio bene claudit periodum. 3tius quando periodus inchoat v finit inmodum carminis hexametri v Pentametri 4to Quando concurrunt secum eædem vocales literæ syllabæ vg Timerem viro optimo vicibus omnibus 5to Quando secum concurrunt seu asperæ consonantes vg Rex Xerxes Exercitu saguntum sustulit maxime autem est asper concursus in istis consonantibus consequenter positis vg X S R S. ut verba nimis longiora vg solicitudinibus Inepta verborum trajectio. 7mus Quando plures periodi consequenter positæ eo modo inchoant et finiunt vocibus parium numerorum syllabarum habentibus 8vo Quando voces earum syllabarum ponunt secum vg ille bonus fecit

Virtutes numeri Oratorij.

1ma Ut principium periodi augustam habeat bene sonoram vocem quod fiet si ab initio periodi ponatur peon 1mus v spondeus 2do Dactilus v anapestus v creticus 2do In medio periodi transponantur voces breviores cum longioribus ita tamen nec per hanc transpositionem nominis involvatur sensus. 3tia Adjectivum bene præcedit hoc substantivum exceptis meus tuus suus. 4ta Periodus

debet

debet claudere vox majestuosa vg. 5q. syllabarum habens vocem inquavit et Dactilus cui Dactilo n. bene ponit Geminus Trocheus apud Ciceronem utilissimus vg. Consulatus v. geminus spondeus ut infungendam v. tribrachis et spondeus ut prohibuerunt duæ voces duarum syllabarum penes se positæ item una quatuor syllabarum habens penultimam longam et ante se Dactilum et anapestum vg. Exitu coronas his enim bene claudit periodus qui vult cognoscere numerum Oratorium utrum in ejus v. In aliena compositione sit bonus numerus Oratorius Porro et sibi tacita voce illam compositionem et ex illa peroratione aures judicabunt utrum suaviter in eas intrat compositio. Sed quid porro emendandum in numero Oratorio Aurium Iudicia. Invenit tunc illæ voces transponant addant minuant donec suavis sensus Oratorius ex illa permutatione prodierit. Quando et quibus periodis utendum est R. Periodi longiores locum habent quando
M est oratio major sive Polonica sive latina In Elogiis Orationibus minoribus Inscribtionibus habent locum periodi majores Stilus enim laconicus currit per Incisa Item periodicas circumductiones similiter ubi est affectus vehemens aliquis vg. Increpando aliquem implorando opem exclamando Interrogando, ubi n. periodi sed comata seu Incisa esse

debent

debent Istæ Periodi Pneuma et Thasis locum habent in historicis et enumerationibus partium in descriptionibus et definitionibus rerum conglobatarum.

De Amplificationibus.

Amplificatio est dilatatio seu deductio alicujus sensus in longiorem cum enumeratione pertinentium ad rem. Hæc amplificatio est duplex verborum et sententiarum amplificatio verborum est quæ consistit in verborum figuris Tropis unde amplificatio verborum seu vocis alicujus est quæ dilatatur per vocabula alicui rei competentia cum quodam ornamento energia et debet habere circuitionem seu circumlocutionem seu periphrasim

Amplificatio hæc fit Varijs modis.

1mo Per casus ut habes supra 2do per quæstiencunque substantivum ponendo in genitivo alterum addendo ut dictum supra per casus ~~addendo~~ et tempora 3tio ad unum verbum plura addendo adverbia adjectiva apta etc 4to Per Tropos v.g. Antonomasiam v.g. Fulmen illud Imperij Scipio v per alium Tropum v per Metaphoras Dum loco vocis unius propriæ ponunt plures translatæ v.g. loco pretiosus anulus dices auro et gemmis aurique annulus. 5to per Prælationem verborum quando unius verbi v actionis v unius rej fit prælatio super alteram rem v plures victorias retulit quam alij legerunt.

6to

2

6.to per gradationem vg. homo est leo pro homo magis fortior leone Altus homo est tam fortis ut ultra illius virius ferocitatem ipse Leo sit minor 7mo per verba illustriora dum ponit vox magis energica p minores res magis energica est vox scelestus quam malus 8vo per Synonimia verborum adjectivorum voces synonimicæ sunt idem significantes hæc synonimia potest esse p. connexionem particularum idem dic de synonimia locutionum.

Hæc synonimia potest poni aliquando sic cum ponuntur verba idem significantia sed quæ habent minorem energiam ponuntur a Principio quæ majorem in medio, quæ maximam in fine vg. Latro Parricida Fratricida. Locutio quævis dilatari potest 1mo per Synonimiam explicando verbum per varias locutiunculas vg. ab Affectis v. si constat alijs dilatare potes Si vero unum verbum sic dilatandum adjuncta loco partium qualia sunt vg. Persona finis modus locus tempus, vg Studeo personagij studet finis obquem studet, modus seu ratio studendi materia studendi seu libris quibus studet. Tempus studij Nox dies hora dilatatur synonimice v. per affirmativam locutionem

quid sit

quid hoc esse deinde subjungit per negationem quod sit per quod non esse.
10mo Per periphrasim quae est circuitio Rhetorica quod paucioribus verbis potuit efferri pluribus effert de qua finem vg istius vocis dices purpurati Patres jam togam induunt v Jam Jani templa aperta patent
10mo per Partium enumerationem vg loco omnes dolent dices Senatus meret luget Equestris Ordo Regni proceres tristant 11mo Per definitiones vg bellum est heroum meta Sylva Trophaeorum Laurearum caput naufragium sangvis etc 12 per verba Superlativa quatenus ponit progenitt superlatt
Amplificatio sensus est dum brevis aliquis sensus v locutio longius et longius amplificet.
1mus Modus ex consideratione circumstantiarum per Quis quid, ubi quibus auxilijs cur quomodo etc
2dus per Descriptionem quae potissimum sumit ab affectibus v si velles describere ebrium considera effectus ebrietatis scilicet ebrietas privat hominem ratione casu linguae variam fantasiam humorem parit etc haec describes periodice
3tius modus per Similitudinem unde requirit ut illae sententiae probent quodammodo sensum vg res minimè ingens

ingens quandoque causam exitium amplificares parva scintillas ingens quandoque creabit incendium exiguæ aquæ maximam obruunt cymbam Contemnenda musca metuendis omnibus prosternit Elephantus imbelles rivos, altissimos muros subruit fortissimus quantumvis lenum Galli cantum exhorrescit minima in oculo festuca exitialis quando est.

4tus Per opposita quando nimirum expendunt circumstantiæ duarum v plurium sibi oppositarum et combinant secum quod si hanc locutionem dilatares expende omnes circumstantias studiosi et militis et dispone ita ut sibi opponi videant. v.g. Palladi opponet Mars, pulveri Literario Martis arena calamo gladius aut hasta atramento sangvis eruditæ laureæ victrix laurus Libro scutum Papyro cutis hostium et periodice combinares Qui nuper in Castris eruditæ Palladis sic militaverat Nunc bellica signa martis sequitur. Inscribit a suis gloriam uti pro calamo gladio scripsit horum fastos tantum Deniq amorem literarium in bellis studium commutavit. sepium pro sanguine Cutim pro papyro hostium v pro Libro scutum voltvat. Per Partes conglobatas de quibus jam habes

5tus

5tus modus per distributionem partium cum alicujus totius enumeratur. Partes v.g. Civitatis partes sunt lapideæ lateæ templa muri hominis avaritia juventus adolescentia ætas virilis senectus has partes dilatando periodice per dilatationem v.g. Synonimiam.

6tus Per allegoriam de qua jam habes et scis quomodo simplex sensus adornatur similitudine et sub stilo trahitur et continuatur. Nota unus sensus potest duci non per unam sed per plures allegorias bene sibi connexas. Hæc amplificatio sensus est copiosum genus loquendi conciliaris affectum

7mus Modus omnino necessarius pro Oratione

1mo Invenienda propositio rudis. sensus simplex quem bene debes intelligere 2do ad subjectum et prædicatum attendere vide Doctrinam de thesi et hippothesi 3tio Danda ratio ex loco Rhetorico v. a Deffinitione huic rationi dare unam similitudinem et alteram hanc vero propositionem v.g. exprimes per 3membrem rationem potes inchoare ab aliqua figura dilatando per duas bimembres similitudinem considerando ejus proprietates combinabis cum propositione quam amplificas

poteris

α

poteris a figura Interrogationis v per aliam convenientem bimembri v trimembri allegorice potes exprimere. Si das secundam similitudinem deinde secundam rationem poteris dare, hanc rationem exprimendo 3membri id est continuabis per similitudinembri v alia efferendo Ulterius eundem sensum per allegoriam + a similitudine alia duces ulterius Interrogando efferes per similitudinem deinde exprimendo bimembri v alia deinde commaticâ periodo Concludes exemplum tibi accipe ex illa ocupatione quam composuimus et correximus Si vires desint tamen laudanda volultas brevitas primo per rationes 2do Invenienda propositio 3tio ad finem subjectum et prædicatum deductum facere 4to rationes Invenire. ~~v conglobatas~~ 5to Componere adornando per similitudines v sparsas v conglobatas v allegoria vide locos Rhetoricos p distributionem partium vide etiam locos Rhetoricos nam quolibet pars in ista amplificatione debet habere sua adjuncta et inde forment sensus Rhetorici porro Subjecti cum adjunctis prædicati combinanda.

De Periphrasi Oratoria

Periphrasis

399

Periphrasis oratoria sic componitur.

Amo In locutione simplici habe nomen et verbum
2do Considera nominis sive nominativi (potest enim hujus et hujus) quid est proprium quae sunt ejus proprietates quid homines docti in illa considerant sive ex fine ejus sive ex deffectibus.
3tio Considera proprietatem verbi 4to proprietatem proprietatis considera sive nominalis id est nominis sive verbalis id est verbi et talem ut ad istas duas proprietates saltem aliquomodo spectet et pone in varijs casibus prout et sensus et constructio exit habitâ, semper reflexione ad sensum simplicem 5to considera adhuc versiculum quis quid ubi etc et ad quodlibet adjunctum omnes locos percurrendo rhetoricos utrum aliquid non possit inserere et ad adjunctum quis percurrere omnes locos Rhetoricos, ad adjunctum quid percurrere omnes locos Rhetoricos advertendo utrum aliquis non potest inseri et sic consequenter sed haec ultima conditio est propter Rhetorem optimum vg Amo Deum est proprium amoris Cor Dei est supremum esse Dominum Proprietas proprietatis est tributum quod Dominus defert

diceß

dicesq; Tributus cordis Sydereæ ac terrestrium regionis supremo Domino sed hac sufficiant plura disces in Rhethorica Omnia vero Cedant

Ad Majorem Dei gloriam B V
Mariæ S. L. O. C. Honorem
S P Nos: I X S. K. A Nepomuceni
O Oq; Sanctorum cultum ac

VENERATIONEM.

CAPUT 3tium

De Phasibus Amplificationibus Epithetis

PARAGRAPHUS Imus

De Phrasi.

Phrasis est cultior modus loquendi seu forma quadam ornate dicendi loco simplicis locutionis. Hic modus loquendi provenit 1mo ex aliquo adagio classico seu quod latinis in usu vg. oleum et operam perdere hoc est frustra agere aliquid Item Tipis et Tonsoribus notum loco omnes hoc sciunt III Periculosæ plenares oleæ loco periculum est

Item à facundia multum potest. id est facundus est Item Ethiopem lavare id est noctem excusare Item reddidisti me Mihi id est simpliciter exhilarasti me mihi.

2do Petenda Phrases et ex libello Phrasium R.P. Datamars. S.Jesu Item ex cnapio Poznaniensi v. ex gradu ad Parnassium quæ reddo per voces v. similes illi in significatione quomodo p. Phrasim effert.

3tio Fiunt Phrases per aliquam circumlocutionem et dicit periphrasis. estque in ore rudis amplificatio, porro circumlocutio hæc fit per mutationem partium orationis cum verbum in nomen et nomen in verbum adjectivum in substantivum adverbia in nomen vertunt. et tali modo procedere potest 1mo illud substantivum quod est versum ex adjectivo v. verbo in genitivum debet poni 2do huic substantivo adde adjectivum competens materiæ simplici ex qua facis phrasim et hoc adjectivum muta in substantivum et pone in illo casu quem regit verbum personale(: quæ facile invenies (si quæres per interrogationem qualis est res v. cui quo habet similitudinem vg. virtus qualis est quære et invenies epiteta excelens, nobilis amabilis pretiosa illustris:)

4to Verbum ~~verbum~~ personale adde aptum,

quære

quare per Interrogationem quid ista res facit v
quid cum illa fit? et sic invenies verba v propria
v Impropria sed tamen servientia vg virtus
quid facit condecorat hominem exhonestat alicit
adse eligit ad dignitatem excitat sui amorem
colliq Aestimaq.
No 4a adhunc modum adhibendæ sunt voces syno=
nimicæ seu idem significantes vg sapientia scien=
tia intellectus Verum pertia ex culta studijs indoles
quando idem alter seu eundem sensum aliquoties
vis per phrasim efferre v etiam propter ver=
borum concinnitatem pulchrius enim sæpenu=
mero solet esse verbum Synonimium qm sym=
plex vg virtus amat v virtutem excelsa amo=
ris tenerrimi pietate omnium animi prosequunt.
5to Illa pars quæ manet vg substantivum v
verbum ponatur ut est v etiam amplificet simili
modo vg virtute imprefato exemplo est posita
in acusativum virtutem addatur ei adjectivum vg
pulcher et mutetur in substantivum pulchritudo
ponatque in eodem casu in quo ponitur substantivum
remanens ut hic ponitur in acusativo, hoc vero
substantivum virtutum ponatur in genitivum et
addantur illis adjectiva erit longior sensus vg
egregiam innocuæ virtutis pulchritudinem
excelsa

excelsâ amoris tenerrimi pietate omnium animi prosequor.
4tus Modus per istam Interrogationem quis ut qm=libet sensum simplicem vertas cultius accipe ad=jectivum hoc mollis et quaeras quid sit mollis? et invenies esse ceram dices ergo loco hujus adjecti=tivi simplicis mollis cultius scilicet homo cereus. Pariter et istam dictionem simplicem Perorant vertas phrastice & quidem erudite quaere quis inquam peroraverit? et invenies quod Demostenes Tullius Socrates Dices ergo v Demosthenes audit v Socrates declamat v Tullius quae suis facundo ore loquitur rostris.
5tus Modus Phrasim faciendi est per voces improprias quando in locutione vocibus simplicibus addantur voces impropriae seu translatae benè tamen servientes seu quando substantivum additur verbum et adjectivum metaphoricum vg virtus est amanda ac=cipe voces ab igne quia potest servire amori quod sit ardens quod accendat et eodem modo procede quem habes sub tertio modo scilicet illas condi=tiones serva et diceres sic ardentem eximiae virtutis amorem

amorem accendere in pectore necesse est Item miles fortis diceres ferrea militaris animi fortitudine frangit hostiles impetus.
Hic modus per Tropos verbum et universalissime per metaphoram tali modo institui potest intra te quærendo hæc res quæ exprimit per substantivum cum quo habet similitudinem et reflectendo te supra omnes res vg amo supra cælum, astra àërem, lunam nubes ventos, nubes, fulgura, tunitru fulmina omniaque quæ in cælo et sub cælo continent quærendo aliquam tibi similitudinem cum illa re quam vis cultius exprimere sic vg Iuventutem dices Phrastice esse manè vitæ humane mortem vero occasum. Heroem dices fulmen hostium pro sene v calvus capillis dices niveam canitiei hyèmem si ibi n̄ inveneris similitudinem quære super terram et quæ sunt super illam vg sylvæ, horti arbores Palatia, Domus, animalia seges. et sic pro militibus pones seges clipeata virorum pro hac voce juventus pones ætas florida quære super aquam et quæ in aqua reflecte te vg pro hac voce fleo dices lachrimis innatant oculi

v mergunt

v mergunt lumina salso mersa vado. Item fluunt per terga capilli idest pendent.
4to Supra ignem reflecte te vg arden virtus.
5to Supra Proprietates viventium vg flammamalere id est linguam igni inicere unde dormiens prounda quiete Item in mare deduci fessas erroribus undas idest in mare fluunt aquæ.
6to Supra homines et illorum fortunam vg Dives animus id est bonus mens pradiosa id est virtuosa animg mendicus egenus idest parum sciens, Supra virtutes v vitia vg flores pudici id est rosæ irati venti id est aquilones item sydera casta id est alta, supra negotia humana. vg Plurima inter virtutes comertia id est virtus nunquam est solitaria. Item supra omnes artes et artefacta vg Renascentis Phæbi cuna sceleri adspergit colorem virtutis idest scelera tegit. sceleri medes inopia idest scelesto. Subtrahe delicias depidi floribus horti idest floridi manipulus militum id est exercitus. sermonem texere idest loqui virtutis triclinium idest temperantia. ædes pendulæ idest nidi. Fulminū officinæ idest aër. Domus natantes idest naves Supra Status hominum quales sunt Rex Princeps. Civis, Nobilis Pastor

Regnat in facie sine trabea. idest abstemus Princeps virtus cui pudor appingit purpuram id est virtus pudicitiæ. nobilis probitas, civilis animus id est humanus. rustici majores idest inculti. opus coronatum id est consumatum. Supra cerimonias hominum quales sunt baptismus ~~supra~~ circa desponsationes, nuptias, nativitatem &c. Desponsatam hæc Domus habet fortunam id est perpetuam. Affrica monstrorum genitrix idest in Affricâ monstra nascuntur. Supra Corpus et ejus Partes &c. Crispati pratorum crines idest fenum tetrica cæli plangentis facies idest cælum pluviosum. Auroræ sudor idest ros. Sanguidula cervicem reclinis emorit flos idest marcescit supra situm corporis &c. Instare difficultati idest illam urgere. subjacere alijs idest subesse. Sinistri sensus idest suspicio dextra omnia idest felicissima, cum difficultatibus lucrari idest illas experiri olympia honoris decurrere idest in quovis honoris statu esse

6tus Modus est consistens in verbis eruditis hoc est ab eruditione aliqua petitis &c. ex hoc sensu gratias ago Phrasim facies Quære eruditionem de gratitudine alicujus et ocurret tibi

tibi de Romanis fontes coronantibus dices ergo la profusum in me beneficentiæ tuæ fontem virentissima semper memoriq; gratitudinem corono.
7mus Modus faciendæ Phrasis est per contraria seu antiteta et vocat antiphrasis quando locutioni simplici apponit sensus contrarius adduntq; particulæ tanto quanto et similes. vg Virtuti contrariu est vitiu. Quato odio vitioru deformitatem. Tanto amore præclara virtutis merita prosequi necesse est. Vir fortis Item diceres. — — — — — —
procul ab heroico pectore timoris imbecillitas v tanto eminet fortitudinis robore, ut ipso aspectu in formidinem hostem impellat hic modo inservire potest modus supra dictus 3tius.

PARAGRAPHUS PRIMUS

De amplificationibus adversus sciendis.

De modis amplificandi nomen Substantivum.
1mus Modus amplificandi substantivum est per quotiescunq; hoc est illud substantivum quod dilatare vis pone in genitivo et aliud ipsi adde substantivum vg. ex substantivis laudis in eoq; casu pone quem constructio exit. Deinde utrique Substantivo adde sua adjectiva et sic totum poteris facere

facere versum. vg. Sol orit accipe hoc Substantivum sol ad amplificandum et verte in genitivum solis adde illi substantivu vg Splendor Demum huic utriq substantivo adde adjectiva ac verbum personale et etiam cu suo casu eritq amplificatio.

Exorit solis splendor radiantis amenus.

Sic ite du video celu. hoc substantivum cælum vertat in genitivum cæli addatq ipsi aliud Substantivum vg Domus Cæli v Sydera cæli hoc habito tandem pone verbum personale et cuilibet Substantivo adde adjectivum eritq vers

Dum video celsi splendentia sydera cæli.

Nota ut facilius invenias aliud substantivum debes videre effectus, circumstantias, et qualitates illius rei cui vis addere substantivu vg Sol efficit splendorem, item qualis est sol? est Candidus splendidus ex quibus formabis substantivum candor splendor.

2dus Modus amplificandi est per definitiones seu descriptiones quæ possunt sumi v ab erudicione v ex proprietatibus v ex similitudinibus vg hoc substantivu cælu. Respondet est Patria Divorum (si quæras quid sit) Stellarum Domicillium Sedes tonantis deinde his substantivis adde verbum et adjectiva sic

Du

9Mo

Dum mihi conspicit Divorum Regia cœli
3tius modus amplificandi substantivum est. Ab enumeratione partium hoc est loco istius nominis substantivi quod amplificare vis pone partes aliquot ejusdem substantivi cum additis ijs adjectivis sic quando vis amplificare hoc substantivum cœlum per enumerationem partium. considera partes cœli, hoc est Lunam, stellam, auroram, aliaq; sydera, et has pone loco hujus nominis cœlum: sic.
Dum nitidum solem dum lunam et sydera specto
4tus Modus est amplificandi considerando utrum res per hoc substantivum significata efficiat aliquid v. utrum illi aliqua proprietas competat tunc totum illum effectum et proprietatem loco epiteti seu adjectivi cum prædicto pones substantivo v.g. si vis amplificare illud substantivum cœlum. Considera quid nam efficiat cœlum et videbis quod imbres æstus, nivesq terris dispenset 2do considera proprietates cœli hoc quod habeat plurima duodecem signa Zodiaci etc.
5tus Modus est ex substantivo fac adjectivum cuj substantivum adde per quotiescunq; ponendo in genitivo et adde iterum aliud substantivum in alio casu v.g. ex hoc Substantivo cœlum fac cœlestis 2do adde aliud v.g. lux et pone in genitivum lucis
3tio

3tio adde alterum substantivum item adjectivum et verbum vg. splendor et verte sic.

Cœlestis lucis splendor quando nitentem

unde augebit major numerus syllabarum quando quodcunq nomen vertes in genitivum pro quoties=cunq et aliud adde substantivum in eo casu quem constructio exit.

De Modis Amplificandi nomen adjectivi.

1mus modus amplificandi nomen adjectivum est vertendo illud adjectivum in substantivum et adden=do illi aliud nomen adjectivum v participium re=gens casum Substantivum vero adjectivi illius quod modo est substantivum verte in genitivum vg loco hujus adjectivi virtuosus homo pone substantivum virtus cum hoc addito adjectivo vg eximia v præstans Item addere potes substanti=vum aliud cum adjectivo alio vg summus honor. et verbum personale et habebis longiorem sensum Nominis incliti virtus præstans honor summus dotimat.

Eximie præstans summo virtutis honore

2dus modus amplificandi est adjectivum ponendo pro apellativo nomen proprium cum suis effectibus et proprietatibus vg pro hoc nomine robustus potest poni

1 M 1

poni hoc nomen proprium Atlas cum suo adjecti-
vo et effectu ac verbo eritq versus.
Atlas est alter fert qui solus olympum
3tius modus amplificandi est adjectivum
per comparationem v. simpliciter praeferendo
unum alteri v per hiperbole hoc est nimiam
auxesim de qua postea de robusto dicendo vg.
Robustior leone hoc ipsum potest mutare aliter
nimirum ex comparativo facere substantivum vg robur
et pone in ablativo addendo aliud adjectivum verbum
eritq versus.
Robore robustum vincens ingente Leonem

De Modis Amplificandi Verbum

1mus Modus amplificandi verbum est vertendo
in infinitivum et addendo illi aliud verbum v etiam
mutetur in verbum quod regit suum casum.
2dus Modus est ex verbo fiat substantivum cui
aliud verbum addatur et substantivum dilatetur ubi
diximus de amplificatione superius substantivi.
vg Si amplificabis hoc verbum lucet sol loco hujus
verbi lucet pone substantivum lux cum alio verbo
et casu vg. Sol lucis spargit splendorem et adde
cuilibet substantivo adjectivum eritq versus
Fulgorem roseae lucis sol spargit amenum

3tius

3tius modus Amplificandi verbum est. Exprime locum tempus in quo verbum hoc quod amplificare vis prestat suum effectum vg. exprime ubi lucet quo tempore lucem efficit.

Nota hunc universalem modum amplificandi vocem aliquam quem toties jam habes sparsum tam primo quam 2do Paragrapho nimirum hic quando una pars orationis ponitur pro alia vg Nomen pro verbo et econtra participium pro verbo sic optime dicere potest per hunc modum. loco hujus verbi quid sentis quæ tui animi sententia

Nota 2do Non postremum esse modum amplificandi per synonima dum una locutio alijs ac alijs vocibus idem significantibus exprimitur quod fiet si àte quæres. quomodo hoc alter item hoc ipsum quomodo item adhuc alter quo modo et pulchrius, adhuc per quæ adjectiva, per quæ verba, per quas definitiones efferri potest. vg Terra dicitur tellus, humus, arvum campum et sic posses dicere terra sitit imbres campi deposcunt pluvias v provocat Tellus nubium clementiam.

De Modis Amplificandi sensu inversu

Modus

JMJ

Modus amplificandi sensum aliquem maxime in carmine Hexametro (quod est numero magnificum et usu frequentissimo tali quali sæpe fit in quo integro unus tantum sensus absolvit) accipiat verbum sive proprium sive translatum cum proprio casu addat adjectivum nominativo et casui verbi v.g. si iste sensus efferendus esset Sol lucet diceres auratos spargit radios crinitus Apollo similiter iste sensus pluit squallida præcipites effundunt nubila nubes Item bellum gerit.

Horrida sanguineo præmiscet regia mavors.
Pariter etiam illud ovidij in hunc sensum senesco ~~tanesco~~.
Jam mea cigneas imitant tempora plummas
Inficit et nigras alba senecta comas.
Unde si defuerit pes aut syllaba aliqua sarciendum erit carmen adverbio v casu communi id est Dativo comodi v incomodi ablativo causæ instrumenti prætij modi.
2do Potest assumi verbum absolutum sed addant illi præpositiones cum suis casibus v communes casus si superiorem sensum aliquem inversum reduceres v.g. hunc bellum gerit diceres ~~belliger~~
Belliger indomitis mavors fervescit in armis
3tius Modus est per synonimia (ut supra jam innuimus) Synonimicus enim sensus multum juvat Poëtam incipientem ut aliquod carmen proferat v.g. aqua stringit glacies per hunc modum possis efferre sic

Flumina constringit glacies fluviosq; lacusq;
Neptunum Tethyn. &c
Compede cum stringit glaciali bruma nivali.

4tus modus est. Si singulis verbis singulos versus observare didicisti seu uno verbo claudere integrum sensum. Adverte utrum non mutanda est ars. Ut interdum unum carmen duobus tribus sensibus expediat. v.g. si pluit, tonat, fulminat dicendum esset unda pluit axe fragor ruit æthere fulmen.

PARAGRAPHUS Alq DE MAIORIBUS AMPLIFICATIONIBq.

Amplificare quidpiam dicimus quoties ea quæ insunt rei aut affinitatem habent cum illa exprimimus. Orator enim dilatare dicit aliquid cum ejus partes orationis alias alijs insertas ac permistas explicat ut singula appareant. omne enim argumenti genus omnis sententia, propositio, omnis habet aliquas partes et adjectiva si enim singula explicant adjectiva quas vulgo circumstantias dicimus, optimam esse amplificationem.

1mus Modus itaq; per adjuncta seu circumstantias ejus modi sunt circumstantiæ persona, locus, tempq, materia finis modus. Item cujq; rei particulares circumstantiæ sunt v.g. si alicujq Patroni festa

festum aut honoris institueres gratulationem, si aliquid describeres collige 1mo in unam partem omnes circumstantias et singulas, saltem aliquas dilatabis periodice cuilibet adjuncto addendo partes orationis idest nominativum verbum personale accusativum casus communes etc ex quibus circumstantijs magnus cumulus assurget.
Amplificationes circumstantiæ ex quibus gratulatio natalis Christi Jesu Domini formanda.
1mo Vox ipsa verbum quo nomine apellatur unigenitus filius Dei ad hunc referunt omnia quæcunque spectant ad sermonem.
2do Infantia et quæ spectant ad infantiam nuditas et exiguum corpusculum Christi Domini.
3tio Fasciæ ipsius et omnia quæcunque cum fascijs habent similitudinem præterea expresse ponendus etiam bos et asinus præsertim cum hæc animalia in nonullis stemmatibus inveniantur.
4to Loco nativitatis bethleem civitatis quæ vocatur Domus Panis, stabulum rupes in qua stabulum simul erat locus ille extra urbem
5to Tempus nativitatis hyemale et nocturnum.
6to Miracula quæ in nativitate Christi contingerent sunt ante hæc 1mum. tres Soles qui in unum solem convenere lente ita ut ex tribus factus est unus 2dum Sol apparuit serto et spicis circumdatum 3tium ex ita.

rupe

rupe cum insidebat stabulum in quo Christus natus
est limpidissimus exsilivit.
4tus Fons Romæ olei olivarum eo tempore
exsilivit in loco ubi modo est ecclesia Sanctæ Ma-
riæ Transtiber 5tum ibidem Romæ Templum
pacis corruit quod ex quadam prædictione tamdiu
duraturum erat donec virgo pareret 6tum multa
Idola et fana Æthnicorum corruerunt 7mum Vi-
neæ in Syria in loco dicto Engady floruerunt
8vo Apollo tacuit causa sui silentij.
Augusto Cæsari dedit me puer hebræus purâ de Virgine natus.
Cedere sede jubet tristemq redire suboreum
Aris ego dehinc tacitus te cedito nostris
Circumstantiæ supra quas debet se reflectere compo-
siturus gratulationem Paschatis. Sepulchrum
Christi apertum, lapis sepulchralis, et quæcunq
sunt proprietates lapidis quod soleat pro fundamento
poni, quod ex lapide excutiat ignis eruditiones de
lapidibus vg. de Rupe cui est alligatus Prometeq.
2do Vox quâ symbolum Passionem Christi
